**Dissertatio de unguento armario sive de naturae artisque miraculis / [Pietro Servi].**

**Contributors**

Servi, Pietro, -1648.
Sloane, Hans, Sir, 1660-1753
British Library
Medical Society of London

**Publication/Creation**

Romae : Typis Dominici Marciani, 1643.

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/d97bkka8

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

SERVIUS I

DE UNG

ARMARIO

1643



The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark
SERVIUS, P.

65796/A

XVIII 6

C.523.

# PETRI SERVII DISSERTATIO DE VNGVENTO ARMARIO

SIVE

## DE NATVRAE ARTISQVE MIRACVLIS

MEDICAL SOCIETY OF LONDON




ROMAE
TYPIS DOMINICI MARCIANI
ↀDCXXXXIII

BRITISH MUSEUM
SALE DUPLICATE
1787

*Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D.*

# D. FAVSTO POLO

ARCHIEPISCOPO AMASIAE

Et Summo Domus Pontificis Praefecto

*PETRVS SERVIVS F.*

*INcrebuit conſuetudo ab antiquiſſimis vſque ducta tēporibus ( ILLVSTRISSIME POLI ) vt nullum quiſque librum in publicam lucem proferat, quem patroni alicuius clientelae non committat. Mihi vero vetus hoc inſtitutum tuenti, cuius fidei Diſſertationem meam commendarem atque concrederem, diu deliberandum non fuit.*

*apud Te enim nata, tuaq; mu-*
*nificentia adulta, Te patronũ*
*iure adit, tuumque fidenter*
*implorat patrocinium. Et ve-*
*ro qui non fidat, qui non ſpe-*
*ret a Te patrocinium, quem*
*fautorem, quem tutorem, quem*
*parentem ſemper habuit? Iam*
*inde ab eo tempore, quo pri-*
*mum in tuam clientelam ſu-*
*ſcepti fuimus, perpetuis a Te*
*beneficijs, perenni benignitate,*
*nunquam intermiſſa gratia af-*
*fecti obſtrictiq; ſemper fuimus.*
Dedecus eſt, *inquies*, ſem-
per ſumere, nilque dare:
*Dedecus, fateor: at neque*
Tui ſitiunt fontes, *neque*.
E *mea* pumice exprimi aqua
poteſt. *Tu is es, Praeſul am-*
*pliſ-*

pliſſime , qui auctoritate & gratia polles, quique innata benignitate & liberalitate ſingulari noſtris , imo omnium , commodis vberrime conſultũ velis. Ego vero quaſi Vlyſſes apud Alcinoum nihil habens, quod pro ingentibus meritis rependam , praeter aliqua mentis munera , audeo tenui hoc opuſculo ad Te adire, tuaeque munificentiae veluti litare : quod ſane eo fidentius audeo , quo certior ſum, Non eſſe minus regium parua accipere, quam largiri magna . Excipe igitur hoc, quodcunque eſt, non quidem vt debitam gratiam meritamque , ſed vel vt ingentis accepti beneficij

exi-

*exiguum teſtimonium, vel vt clientem in tuam fidem & patrocinium ſeſe conferentem. Vale & viue tum ampliſſimis muneribus ingenio tuo debitis naturaque digniſſimis, ab VRBANO Pontifice omnium Maximo incredibili ſedulitati tuae, curae, prudentiaeque delatis; tum ijs, quae omnium iudicio & acclamatione Te manet, Summis Virtutis Inſignibus. Iterum vale.*

CIↃDCXXXVII.

*Imprimatur*, ſi videbitur Reuerendiſſ.P. Mag.Sac.Pal.Apoſt.

*I.B.Alterius Epiſ.Cam.Viceſ.*

DIſſertationem hanc Petri Seruij *De Vnguento Armario* maiori qua potui diligentia perlegi, eamq. nihil orthodoxae fidei abſonum, nihil probis moribus aduersũ continere cognoui

*Ego Angelus Colius Senen. ipſis Kalendis Auguſti 1637.*

Imprimatur.

*Fr. Reginaldus Lucarinus Sac.Pal.Apoſt.Mag.*

*Er-*

Pag.15.lin.15.Chimaerae
16 11 fructus qui gerit
16 14 pudica
17 8 quid
18 17 mirabilius
39 13 obrutus
43 13 pediſſequa
78 18 foetu
85 9 maximos
93 12 chirurgos
114 2 laceratam
121 1 cauſam
129 4 turgeſcens
131 11 diu
142 14 comminiſcuntur
149 1 faceſſit
153 14 diſſolui
155 5 profecto
158 18 explicandam
169 7 oborto

In orthographia, accētibus, virgulis & punctis vix erratum eſſe ſcito; omnibus conſulto ac ſcite ſcriptis: ad Lectorem prouoco eruditum ac re penitus imbutum: *Sperno profanum vulgus & arceo.*

Petri Servii Spoletini
In Gymnaſio Rom. Medicinæ
Theor. Ord. Profeſſoris P.

# DISSERTATIO DE VNGVENTO ARMARIO ET SYMPATHICO VVLGO APPELLATO

Siue

*De Naturae Artiſq; Miraculis.*

## DISSERTATIONIS *Argumentum.*

VNGVENTVM vulnerarium, quod non vulneri, ſed gladio aut panno, vulnerati ſanguine tincto, ſalubriter

adhibetur, a doctiſſimis quibuſque Philoſophis in quaeſtionem vocatur. Nonnulli aut nimis ſimplices & creduli, aut in perueſtigandis naturae viribus, induſtriaq; artis experiunda accurate verſati, id e ſecreto naturae gremio, artis induſtria productum arbitrantur. Complures vero inuſitata illius medicatione permoti a daemone mutuatum eſſe vires exiſtimant. Alij demum, nec medicamento nec daemoni hac de re facile credentes, neutri ſanitatem, adhibito vnguento redditam, adſcribunt, ſed vni naturae,

De Vnguento Prima opinio.

Altera opinio.

Tertia opinio.

tan-

tanquam certiſſimo vulnerum medico. Itaque ab vnguento contra omnes eius hoſtes ſtare qui vult, non experimentis, ſed rationibus praeſto eſſe debet. Ergo non tam quaerendum hic eſt, *An vnguentum ſympathicum naturale ſit*, quam, *An naturale eſſe* Possit: quaerendum, inquam, *Num artis induſtria, naturaeque vires eiuſmodi* Possint *vnguentum componere, quod panno ſolum gladioue cruento illitũ, abſenti vulneri, centumque millium interuallo diſiuncto medeatur.* Quare nihil ſane moror, fuerit ne vnquam ab vnguento Diſſertatio-nis finis.

ſympathico vulnus ſanatũ, an nunquam fuerit: immo nihil moror, ſit ne re vera id, vel non ſit in rerum medicarum vniuerſitate. Artem vero ſolertem & operoſam, ſummis & arcanis naturae viribus munitã Posse haud abſimile vnguentum componere, duplici argumentorum genere contendam: primo naturae artiſque mirandis operibus: ijs nempe, quae, etſi vnguento haud plane ſimilia ſunt, tamen ita informant animum ad induſtriam artis & naturae vires cognoſcendas, vt eum ad ſympathici vn-

Ratio diſſerendi de vnguento.

vnguenti naturam aſſequẽdam alliciat & facile flectat. plurimis enim naturae artiſque miraculis eruditus animus, vnguenti vim eſſe naturalem, ſibi perſuaderi facile patietur. Alterum vero genus argumentorum ea comprachendit, quae vnguento ſunt virtute ſimillima, naſum nempe arte reſtitutum, Apulum araneũ, malum Punicum, vuam, ceraſum, morum, ceteraeque maculae, quae ex feminarum malacia in qualibet parte corporis veniunt, & ſtatis anni temporibus mirabiliter commutantur. His

Duplex miraculorum genus.

abſolutis, aduerſariorum rationes, ſine fuco & fallacia a me collectas, maiori vi ſubijciam ſubiectaſq; ſtrenue refutabo.

Ge-

GEnus humanum eo rerum cognoſcendarum agendarumq; libidine adactum fuit, vt non ſolum maximos per ſe labores ſubierit aeſtus, algores, vigilias, longa ac difficillima itinera terra mariq; ſuſceperit: verũ etiam prauos ipſos daemones conſuluerit. Sane Chaldaei primo, Hebraei, Perſae, atque Aegyptij, in rebus cognoſcendis nimium curioſi, ſuperſtitione ſe obligare coeperunt; mox Graeci, demum Latini. Nam ſicuti Zoroaſter Medoperſa magno carminum volumine Magiam condidit, Her-

Hominum ſciendi deſiderium.

Magia apud Chaldaeos nata.

mippus interpretatus eſt, imitatus Nactabis, Typhon, Dardanus, Simon, Corinondas, & Apollonius Tyanaeus; ita Oſtanes, Xerſis Perſarum Regis exercitum ſequutus, e Perſide in Graeciam aſportauit. Ceterum ab ingenioſa gente, adeo curioſe excepta cultaque fuit ars, vt Democriti & aliorum philoſophorum opera ſtudioque longe lateq; ſerpſerit, & in Italiam etiam penetrauerit, vt vel ex eo conſtat, quod Romani iam inde a primis reipublicae temporibus Chaldaeorum praeſtigias lege duodecim tabu-

Qui eam excoluerint.

In Italiam penetrauit.

la-

larum damnauerint. Immo vero, vt Liuius addit, Senatuſconſulto conquiſiti fuerunt omnes veneficorum libri igne comburendi. Verum enimuero vt hominum animus rerum cognoſcendarum deſiderio nunquam nō flagrauit, vt cacodaemon nunquam homini non parauit inſidias; ita nefaria haec ars nulla vnquam lege nullaque poena aboleri potuit. Nam etiam aetate noſtra apud Lappos Findos, ceteroſque populos ad vltimum ſeptentrionem pertinentes excolitur, & per ſummum dedecus exer-

Romae damnata.

Magia fruſtra legibus vetita.

exercetur : adeo vt ventos fere nutu & quaſi arbitratu commoueant, & paſſim nauarchis venditent; tempeſtates procellaſque excitent, morbos ab alijs in alios homines tranſponant, non abſimili modo, quo ſegetes apud Virgilium :

Morborum tranſpoſitio.

*Atque ſatas alio vidi traducere meſſes.*

Ceterum ſicuti haec magica eſſe ac ſuperſtitioſa, nullus chriſtiana religione imbutus inficiari poteſt; ita quaeuis admiranda, quae intelligentia compraehendi non poſſunt, cacodaemonis dolis, machinis, fallacijs tribuen-

buenda eſſe, is ſolũ aſſeuerabit, qui vere oſcitanter in naturae viribus, induſtriaq; artis exploranda verſatus ſit:

*Multa enim tegit ſacro inuolucro natura,*

multa acutum audaxque hominum ingenium patrauit, multa aſſiduo induſtrioque labore perfecit, quae rudibus daemoniaca, gnaris naturalia, omnibus admiranda videntur.

Quid cenſendum de vnguento.

De vnguento vero ſympathico quid cenſendum ſit, an cacodaemonis opus habendum, an potius naturae artiſque theſaurus, e foecundiſſimo eius gremio ſoler-

lertiſſima huius induſtriæ promptus, haud ſatis me ſcire fateor. Sane acer & attentus animus, cum Vnguenti vires perpendit,

*Stupet, obtutuque haeret defixus in vno,*

inſcius, quo ſe vertat, quid annuat, quid renuat. Ceterũ in tanto medicamenti miraculo, & in tanta rerũ ignoratione audendũ aliquid eſt, &

*Quid noſtri valeant humeri, quid ferre recuſent,*

periclitandum.

Vnguenti vſus frequẽs. Et ſane exploratum apud omnes fere gentes videtur, adhibito Vnguento ſympathico, gladioque tantum il-

lito,

lito, vulnus ſanari : ſanitatem vero acceptam referri Posse vnguento ſua vi ac naturaliter agenti, illud argumento eſt, quod non tantum id videatur miraculũ, vt vel a natura, vel ab arte ad bonos maloſue daemones ſit prouocandum. Nam & natura ſuis tantum viribus freta atque munita, & ars propria, non a daemone accerſita, induſtria ſexcenta creat ac gignit, quae ſimilem nobis admirationem mouent. & vt naturalia primo aliqua in medium afferam, quibus veluti in diſſertationis limine informem.

eru-

Naturae miracula. erudiamque Lectoris animum ad vnguenti naturam deinde cognoſcendam,

1 Magnes. Quid mirabilius Magnete (obſecro te, Lector, caue ſis in iudicando curioſus: omnia, ſi lubet, perlege, ac tum meo ſcripto cenſoriae ſeueritatis notam libere, & plane ſtoice inure) Quid, inquam, mirabilius magnete, aut ferro magneti affricato ad polum, vel ſtellas ei proximas, monteſue magneticos ſeſe perpetuo conuertente?

2 Terra Nyli. Quid mirabilius Nyli terra, quae exiccata illa quidem ac diligenter aſſeruata, eodem

dem ſemper pondere grauis eſt; ad XVII. vero diem Iunij nullius rei acceſſione ſe ipſa ponderoſior euadit?

Quid mirabilius Fulmine intacta vagina ferrum abſumente, aut intacto ferro vaginam; nummos illaeſa crumena, integro dolio vinum, pannos pyxide armarioque incolumi? 3 Fulmen.

Quid mirabilius igne montis Heclae, qui ſtupa extinguitur? aut mōtis Chimerae, qui foeno? aut Coloniae Vibiorum, qui pannis? 4 Ignis Heclae

Quid mirabilius *Horrida Harpaſi caute, quae vno digito* 5 Cautes Harpaſi.

*mobilis eſt, eadem, ſi toto corpo-re impellatur, reſiſtens?*

6 Quid mirabilius herba in inſulis Bengala & Zeira-no nata, quae ligna ad ſeſe ea vi allicit, vel potius tra-hit, vt ea ex hominum ma-nibus abripere videatur?

Herba Bengalae.

7 Quid mirabilius Iauae maioris arbore, *cuius medul-la ferrea eſt, fructus ferro im-penetrabilis?*

Medulla ferrea.

8 Quid mirabilius arbore illa, Pudifera iure appellata, quae rerũ acceſſum videtur ſenſu percipere? Nam ap-propinquante homine vel animali, ramos conſtringit, recedente pandit. Idem

Arbor Pudifica.

quo-

quoque ſpongiam facere, confeſſum ac receptum eſt.

Quid mirabilius Aeſchynomene Apollodori herba, quae tangentem manum, refugit foliorum contractione? 9 Apollodori herba.

Qid mirabilius Mimoſa, hortenſi, quae manu admota ſeneſcit, reuiuiſcit remota? 10 Minoſa hortenſis.

Quid mirabilius Inſulae Cimbubon arbore, cuius frondes ſi decidant, non, actae, impulſaeque, ſed ſua vi repunt, ſuiſue quaſi pedibus; manu aut ſtilo tactae abeunt ac refugiunt? 11 Arboris folia motu praedita.

Quid mirabilius arbore, 12 Malaccae arbores.

in Malacca, cuius radices ad orientem ſolem vergentes venenis medentur; quae vero ad occidentem, ipſiſſima venena ſunt? quod ipſum de arborum folijs in Inſulis Philippinis literis proditum eſt.

13 Arbores ſerpentiferae. Quid mirabilius Americana arbore ſerpentifera? feruntenim in Chile frigidiſſima Americae prouincia arborem eſſe, in cuius folijs vermes naſcuntur, qui cum inde decidunt, ſerpentes fiunt.

14 Arbores anatiferae. Quid mirabilius anatiferis Scotiae aut lignis aut arbuſtis? in ea enim prouincia

vel

vel potius in Hebridibus In-
ſulis Scotiae adiacentibus ar
bores lignaque ſunt, nauim
fragmenta, ex quibus ver-
mes pululant, qui paulatim
enato capite, pedibus, atque
alis in anatas vertuntur.

Quid mirabilius Cane ca- 15
nicidas, nunquam antea a Canis natura.
ſe viſos, allatrante?

Quid mirabilius Agno 16
Scythica? Profecto (vtor Agnus Scythica.
Scaligeri verbis) *Superiora*
*ludum putes, praeut eſt admi-*
*rabilis Tartaricus frutex. Tar-*
*tarorum Horda primaria Za-*
*uolha eſt, vetuſtiſsimae nobili-*
*tatis commendatione: In eo agro*
*ſerunt ſemen ſeminis melonis*

ſimillimum, ſed minus oblon-
gum. Ex eo ſato plantam exire,
quam Borametz, id eſt, agnum
vocant. Creſcit enim agni fi-
gura ad pedum fere trium al-
titudinem, quem pedibus, vn-
gulis, auribus, toto capite, prae-
terquam cornibus repraeſentat.
Pro cornibus pilos gerit ſingula-
ris cornu ſpecie. Obducitur co-
rio tenuiſsimo: cuius detracti
vſus ad capitum tegmina inco-
lis. Ferunt internam pulpam
Miracula. gammari referre carnes: Ce-
terum e vulnere quoque ſangui-
nem emanare: Dulcore eſſe ad-
mirabili: Radicem humo exer-
tam ſurrigere ad vmbilicum
vſque. Illud miraculi fouet ma-
gni-

*gnitudinem: Quamdiù vicinis obſidetur herbulis, tamdiù viuere quaſi agnum in laeto paſcuo. abſumptis illis tabeſcere atque interire. Idque non ſolum vel caſu vel tractu temporis, ſed etiam experiundi gratia, ſubtractis, atque ablatis euenire. Quin illud auget admiratione͂: appeti a Lupis eum, non item ab alijs, quae carne veſcantur.*

Quid mirabilius remora vere piſciculo currente͂ nauim, velis, remiſque actam immo tempeſtate ac procellis iactatam ſolo carinae adhaeſu illico ſiſtente? 17 Remora

Quid mirabilius alio piſciculo nauim non modo 18 Remora Indica.

ſiſtente, verum contra vim curſumque ventorum retro inhibente? Audi ſi lubet Linſchottan. in Nauigatione, auctorem fide dignum.. *Nauis ex Mozambique tendēs per quatuordecim dierum ſpatium vento ſecundo, nihil obſtante retroceſſit: Cumque anxij nautae cauſam inquirerēt; & veneficia ſuſpicarentur, piſcem tandem ſub naui inuenerunt, qui nauim in tergo contra venti appulſum natando portauit. Hoc autem magna cum difficultate depulſo, rectum ſtatim curſum tenuerunt.*

19 Quid mirabilius ferrea clauicula ex ore in veſicam il-

Clauicula in veſcicam penetrata.

illapſa? penetratis nempe exilibus meſeraei venis, cõpacto iecinore, denſis duriſque renibus, ſolidis & acutiſſimo ſenſu praeditis vreteribus: & quod in admirationem omnium maximam ſtupidiſſimum quemque traducere poteſt, quid mirabilius ferreae huius clauis in veſicam ingreſſu? adeo mirandum hoc eſt, vt minus (dicere auſim) admirarer, ſi ea in veſica genita eſſet.

Quid mirabilius muliere eo vrinae profluuio laborante, vt vno die ducentas vrinae libras fecerit, ab om- 20 Vrinae profluuij mira historia.

ni tamen potu abhorrens? Mirabilis aeque & incredibilis morbi hiſtoriam, a Gabriele Fonſeca medico Vrbis primario mihi tibique Lector, ſcriptam, hic habes:

*Nobilis Monialis ex praeclara familia de Franchis temperamenti ab ortu calidi, & ſiccii annos nata 27. cum varijs affectionibus vexaretur tandem anno ſal. 1637. Menſe Martio incidit in admirabile vrinae profluuium, cum ſubinde vna die excederet mictu quantitatem ducentarum librarum, eratque vrina valde tenuis colore & ſubſtantia aquae perſimilis in qua innatabant ali-*

quot

quot floſculi inſtar niuis; & quod non minus admirabile in tanta vrinae profuſione obſeruatum fuit, cum hoc vrinae profluuio aliquibus diebus perſeuerante, omne potus genus ita vehementer abhorrebat, vt me potum ipſi ſuadentē (ne tota in vrinam liquefieret) odio proſequeretur, lacrimaſque hac de cauſa effunderet, curantique Medico iraſceretur, quod me ad conſultandum vocaßet. Fuit ſimul accerſitus Excellētiſſimus Benedictus Auerrhinus inſignis Vrbis medicus, adfuit etiā Excellētiſsimus medicus Io: Iacobus Baldinus fama in vrbe & in orbe clarus medicus ordinar.

Vere miraculum.

Praeclariſſimus Zachia etiam interfuit cuſatiōni.

di-

*dicti Monaſterij nuncupati de Campo Martio. haec tamen tranſactis aliquibus diebus conualuit. Haec eadem monialis duobus tranſactis menſibus incidit in omnimodam vrinae ſuppreſſionem ſiti tamen ingenti flagrabat cum ipſe curationi praeeſſem, quia Roma aberat medicus ordinarius, nihilque minxit per ſpatium quatuordecim dierum, tandem vſu ſpiritus terebinthi vrinam copioſam reddit, reiecta cum vrina materia ſabulum calcemque referente. Gabr. Fonſeca Med. Rom.*

21 Pyrrhi digitus admirab. Quid mirabilius Pyrrhi Epirotharum Regis digito tum lienoſos tactu ſanante,

tum

tum ignis omnem a ſe iniu-
riam arcente? Vim lienoſis
ſalutarem naturae acceptam
referendam eſſe, vel Reges
Galliarum declarant, qui
omnes tactu ſtrumis meden-
tur. Regum Galliae mira vis

Ignis vero repellendi vim 22
ab eadem natura manaſſe,
illud argumento eſt, quod
plurima ſint, quae ignibus
non abſumantur.

Vt Linteum ex amianto, 23
quod ardens in focis ſordes
exuit, ſplendetque magis,
quam aquis ſaponeque ab-
ſterſum. Linteũ ignẽ eludens.

Vt Regum funebres tu- 24
nicae ex aſbeſtino, quibus
co-

eorum corpora obuoluta, comburebantur, vt ab reliquo cinere ſepararentur.

25 Vt Caſtellum ligneum a Caeſare in Gallia Ciſalpina, igne fruſtra oppugnatum.

Caſtellũ ac Turris ab igne non acta.

26 Vt lignea Turris ab Archelao Mithridatis Põti Regis praefecto contra Syllam, extructa.

27 Vt Salamandra, quae nõ ſolum ab igne non laeditur: *ſed eum nulla ſui laeſione tactu extinguit non alio modo quam glacies.*

Salamandra.

28 Vt (quod magis ad rem pertinet) ſerua Aethiop: & ruſticus Picenus, de quibus certiſſima narrare, vt me

non

non piget; ita veriſſime narrata te, Lector, ne taedeat audire. Rodericus Fonſeca, magnae exiſtimationis medicus, dum Piſis medicinam profiteretur, ſeruam emit Aethiop. operae domeſticae, cauſa, quae, cum luberet tractabat ignem, carbonibus nulla ſui laeſione manu oreque ſumptis. Rem narro mih narratam a Gabriele Fonſeca Roderici nepote & medico Romano praeſtantiſſimo: quam mehercule adſcribere non auderem, niſi vir ſpectatae fidei mihi nuper teſtatus eſſet, ſe periculum ſex enties

Mulier ab igne non laeſa.

fe-

feciſſe aperteque vidiſſe, carbones eam vere candentes compreſſa in pugnum manu tandiu tenuiſſe, dum pene extinguerentur, nullo plane ignis veſtigio in manu impreſſo.

Mulier ab igne non laeſa.

Mihi vero haec ſcribenti (vide obſecro, quid tulerit caſus) haud abſimile videre contigit: nam cum in Noſocomio Sancti Spiritus curandis aegris pomeridianam operam nauarem, vidi mulierẽ & ipſam Aethiop. quae vere mendicans, vt frigoris vim depelleret, carbones maxime candentes e foco illo praegrandi, quo va-

le-

letudinarium incaleſcit, in proximum terreum foculũ, quem ſecum ignis ſubripiẽ-di cauſa gerere ſolet, nuda manu aſportabat. Ipſe vero re, quam animo tum calamoque voluebam, mirum in modum commotus, ſtatim illuc aduolaui, rogauique mulierem, vt, me proprius inſpectante, carbones nudis manibus tractaret: dicto paruit, ſumpſitque plurimum ignis illaeſis manibus. Poſtridie adfuit ſummo mane, iterum facinori prõpta, propoſito externa die a me praemio. quid multis opus eſt? Ipſa manibus ge- Animaduer.
mellis

mellis ijſque cauaticis veluti ferreo batillo ignis aceruulum e foco ſumebat aſportabatque, vt die praeterita in proximum terreum foculũ: quod ipſum ſingulis propè diebus, cum igne indigeret, eam factitaſſe, teſtabantur omnes, qui apud Valetudinarium ſeruiunt. Quae cum ita ſint, non eſt, cur ficta & commenta fabulæ habeantur, quae de Picente vulgo feruntur, quaeque mihi ſunt penitus explorata.

30 Monſtri ſimile Picenis faſcinus.

Et quidem vulgare in Piceno eſt & omnino peruagatum, Martinum Cec-

cho-

chonem ex oppido, vulgo *Monte Lupone*, manu ignem carboneſque candentes & ſumere, & diu multumque tenere, in os etiam inijcere, iniectos dentibus conterere, palatoque extinguere; ano veluti balanum inſerere, natibus nudis pedibuſque calcare, linguam feruente lardo, vt aſſam carnem conſueuimus, diu perfundere; candelam ardētem exertae linguae ſupponere, aliaque agere, quae monſtri ſimilia ſunt, & plane inaudita. Sed vere, vt ait Cicero, *nihil eſt tam incredibile, quod non dicēdo fiat probabile*. Ego ſane pri-

ma fronte fabuloſum id arbitratus fui, etiam ſi per literas de re certior fierem tum ab alijs compluribus, tum maxime a Capuccinis Viris, quos eſſe ab omni fuco mē-dacio & iactatione alienos notiſſimum eſt: re tamen diligentius quaeſita, omnem ipſe mihi ſuſtuli dubitationem. Nam Fratri Nicolao Accurſio e Franciſcana familia, amiciſſimo viro miſi, vt Roma Tolentinum reuerſus, Montem Luponem iret, hominem conueniret, remque diligenter penituſque cognoſceret. Is vero ſcriptis nuper ad me li-

facinoris teſtes.

literis teſtatus eſt, ſe quatriduo rem explorandam diligenter fideliterque curaſſe, atque a viris ingenuis oculatiſque teſtibus ea omnia accepiſſe, quae a me ſupra ſcripta ſunt. Martinum vero ſeducendum in Franciſcanorum monaſterium, & ad caenam inuitandum per amicos curaſſe: qui, cũ de re ſuſpicaretur, renuit prorſus, domum ſe abdidit, foreſque occluſit. recuſat enim nunc ignem tractare, a Cenſoribus Catholicae Religionis caute ſibi cauens.

Idem ſe iterũ ac ſaepius vidiſſe, teſtatus eſt Ioannes

Franciſcus Baſuechius Iure-
conſultus Martini popula-
ris: teſtatus, inquam, literis
ad Ioſephum Paradiſum
medicum a Montalto pau-
cis ab hinc diebus Romam
miſſis, & apud me aſſerua-
tis. Id, Lector, non aude-
rem literis prodere, menda-
cij ſuſpicionem reuerens,
niſi in agrum Picenum om-
nino peruulgatum, atque

*Omnibus & lippis notum &*
*tonſoribus eſset.*

31 Quid mirabilius concre-
to iam interfecti ſanguine,
ac pene congelato, aduen-
tante homicida, reſoluto &
fluente? Neque eſt, cur mi-
nus

Interfecti ſã guis reſolu- tus.

nus credulus ludum haec iocumque dicas, quia duo tibi narrabo & mirabilia, & veriſſima, quae rē vel Thimoni Nicaeo hominum obſtinatiſſimo perſuaderēt. Primum eſt Caeſenatis pueri, a patre interfecti. Nam Iulianus Malacaua, olim faber ferrarius, mox decurio, cūm mulierem ardenter amaret, nec alia ſe ratione voti compotem fieri poſſe intelligeret, quam inito cū amaſia matrimonio, de vxoris nece cogitauit. Laqueo igitur facinus aggreſſus eam vtero grauem ſtrangulauit. Triduo poſt,

Facinus immane.

re patefacta, puer e caeſo matris vtero extractus, adueniente patre, qui, ne in culpa & ſuſpicione criminis poneretur, ruſticationem ſimulauerat, ſanguinem ex naribus effudit tertio nonas Februarij ↀDCXXXII. vt conſtat ex hiſtoria fide publica conſignata, & Caeſena ad me nuper miſſa. ex quo ſanguine effuſo ſuſpicione de homicida Praetori iniecta, in carcerem is vinculaque coniectus fuit, & quaeſtione habita, rem omnem faſſus eſt, laqueoque ſuſpenſus XII. Kal. Decembris ↀDCXXXIII.

Congelatus ſanguis reſolutus.

Al-

Alterum, quod ſubijciam, 32
non occiſi hominis & homicidae, ſed (quod magis mireris) nouam ac mirabilem, certe non adhuc animaduerſam inter homines ſympathiam declarat. Etenim menſe Iulio ſuperioris anni ↀDCXXXVI. Ioſephus Petri Pauli Peregrini, ad Diuum Auguſtinum barbitonſoris, filius flumine abrutus octiduo latuit: hebdomada vero elapſa e Tiberi emerſus, ſecundoque flumine vectus *ad Arcum Parmae* (ſic enim cloacam appellant e regione molis Hadriani) ab ijs, qui in Tiberi

Sympathiae potius quam antipathiae hiſtoria.

natabant, delatus fuit ſemi-
putridus, ac pene informis,
ſanguine exhauſto; ſpiritu
extincto, & corpore fere
omni putredine confecto.
Adueniente vero fratre ger-
mano, ſanguinem ex amba-
bus naribus effudit, omni-
bus, qui aderant, miraculo
ſtupeſcentibus. Haec, Le-
ctor, non ex Aphrannis aut
mulierculis audiui; ſed cum
ex alijs oculatis teſtibus, tum
ex ipſo defuncti fratre co-
gnoui ſub eoſdem dies, qui-
bus ſanguis profluxit.

33 Vere monſtrum. Quid mirabilius (re di-
ſpares hiſtorias, miraculo
tamen pares adſcribo: mira-

 bi-

biliores interdum nō aeque mirandis ſubijcio, interdū e contrario minus mirabiles mirabilioribus, neglecto fere dignitatis ordine, quem ſeruare & difficile & inutile eſſet) Quid, inquam, mirabilius pileato ac palliato puero Paderbornae nato? Fertur enim haeretica mulier, cum odio pluſquam vatiniano Catholicos proſequeretur, & vbique obuios maledictis vexaret, puerum peperiſſe pileo, pallioque Catholicorum more veſtitum.

Quid mirabilius vulnere 34
thoraci infantis, vtero ge-

Vulnus miri ficiſſimum.

ſtati

ſtati inflicto, gladio tamen non pueri, ſed grauidae matris thoracem vulnerante.

35 Quid mirabilius alio vulnere foetus fronti, in vtero adhuc latentis, vere illato (nam ex eo vulnere nimio ſanguine fluente interiit) illato, inquam, ab irato patre, matris fronti ſtricto gladio ſolum minitãte? Vtrumque ſane ſcribunt probatiſſimi auctores, Gemma, Fienus, Derlius, ceteri.

36 Quid mirabilius lapideo foetu e caeſo matris vtero educto? Apud Senones enim mulier ex viro grauida, cum XXVIII. annis in aluo ge-

geſtaſſet, foetum durauit in lapidem.

Quid mirabilius Leonis Decimi Pont. Max. gemma, quae Lunae colorem lumẽque aemulata, albeſcit ac ſplendet, creſcente Luna; ſeneſcente vero, obſcuratur? 36 Gemma lunaris.

Quid mirabilius Clemẽtis VII. Pont. Max. maculoſo lapide, cuius macula non fixa, ſed lubrica & mobilis, vereque ſolis pediſequa, ab ortu ad occaſum aſſidue commeat? 37 Gemma ſolaris.

Quid mirabilius carne lignoque foſſili? Quod ſi fraudem illam impoſturamque cenſeas, veritatem ipſam 38 Caro & lignũ foſſile.

ſam hoc exiſtimes neceſſe eſt. Nam Aquaſpartae Vmbriae oppido lignum, vt Tiburi lapides, e terrae viſceribus effoditur verſicolare, variegatum, & in vermiculatum opus nõ ſecus ac ebenus elaborandum.

59 Specus ſerpentum in Etruria.

Quid mirabilius Spelunca ſerpentum ad oppidum, vulgo *il Saſſo*, difficillimos quoſque morbos, paralyſim, lepram, elephantiaſim, arthritidẽ, luem veneream (re ductus hoc affirmo) tumores, doloreſque varios & acerrimos ſanante? ſanante, inquam, tum vapore tepidolenique, tum ſerpentum

ma-

magna copia, qui nudatum aegrum, opioque ſopitum (obdormiſcunt enim opio, qui ſpecum valetudinis cauſa ingrediuntur, vt horribilem ſerpentum aſpectum, per vniuerſum corpus commeantium, ferre poſſint: nonnulli tamen magis cordati a terribilibus beſtijs minime ſibi metuentes, opium ſomnumque negligunt) circumeunt, contegunt, lingunt, & omnem morbi labem abſtergunt penituſque exugunt. Mirabilis profectò res eſt, & literis monumentiſque conſignanda: quam ego pluribus longiuſ-

que

Petrus Bourdelotius medicus.

que proſequerer, niſi Petrus Bourdelotius Pariſinus, medicus ingenio ac literatura, eximius, ſuperioribus menſibus huius eiuſdem anni 1637. vniuerſam eius Etruriae partem, quae Roma, Nauale Caeretanorum, inde Barcennum, Alſiumque porrigitur, peragratus, ſpecum accurate inſpexiſſet, loci naturam exploraſſet, ſingula quaeque notaſſet, & peculiarem elegantemque diſsertationem conſcripſiſset, in vulgus proferendam.

40 Quid mirabilius beſtiola, in praeduri minimeque peruij lapidis viſcere nata? Explo-

Animal in ſaxo genitū.

ploratum enim eſt, e magno, duriſſimo, compactoque lapide ſciſſo beſtiolam, prodijſſe, non e ſuae ſpeciei ſeminario, ſed ex materia, humoreque intus latente, atque vi extrinſecus influēte genitam.

Quid mirabilius Rana ex 41
aquae gutta ſiccoque pulue.re temporis momento nata? Conſtat enim terram aſſiduis ſolibus coctam & peruſtam, miſtamque humori e nube guttatim expreſſo, in ranam illico formari, proſilire, ac ſaltare; formato ſtatim capitulo, pediculis, corpuſculo, omnibuſque par-

ti-

ticulis mirabili celeritate elaboratis, expolitis, perfectis.

42 Quid mirabilius ſerpente, in ſiniſtro cordis ventriculo nato? Epitomen huius hiſtoriae ab Edoardo Maio Britãnico ſermone ſcriptae, ita concinnauit Latineque reddidit Riccardus London Londinenſis, vir medicina, Graeca, Latinaque literatura eruditus, & apud noſtrum Noſocomium Sancti Spiritus medicus Adſiſtens. *Narratio certiſſima de monſtro quodam ſeu ſerpente, in ſiniſtro cordis ventriculo inuento Londini in Anglia 7. Octob. 1637. aperto cadauere Ioannis Pennanti aeta-*

Serpentis hiſtoria mirabilis.

aetatis ſuae XXI. veſicam iuuenis purulenta & vlceroſa materia plenam, parte ſuperiore ruptam omnino corruptam inuenimus. Ren dexter penitus conſumptus, ſiniſter ad duorum inſtar tumefactus, ſanioſa inſuper materia refertus fuit. Intus partes carnoſae radicitus exeſae, tuniciſque exterioribus exceptis, reſtabat nihil. Hepatis portio membranis coſtalibus adnaſcebatur. Pulmones non illaudabiles. Cor globoſum, magis latum quam longum, dexterũ vẽtriculũ coloris cinericij corrugatũ marſupioque coreaceo abſque pecunia ſimillimum, ſed intus omni materia expertem reperi-

mus: liquor ille pericardij funditus exiccabatur. Siniſter cordis ventriculus triplo grandior dextero extitit, duritiēque lapidis praeſe ferebat, in quo inciſione facta ſanguis affatim effluxit, carnoſaque quadam ſubſtantia plicis inſimul inuoluta ſerpentis ſimilitudine videbatur: corpore erat albo, imo albiſſimo cutis humanae colorem aemulabatur, ſed cute lubrica, pellucida & quaſi pigmento oblita. Crura ramique carnei coloris fibrae etiam ligulae nerui aut quocumque alio nomine inſignire placuerit, inuenta fuerũt. Corpus ſtilo perforatum concauum, ſed alias ſolidum ad longitu-

*gitudinē palmae Romanae minoris habuit: inteſtinum inſuper, vena, arteria, aut* ἀνάλογόν τι *vſibus naturae inſeruiens in hoc monſtro repertum fuit.*

Quid mirabilius haedera in ceruae cornu nata ac virente? 43 Haedera mirabilis.

Aut ſpica farris e naſo Aretinae mulieris tanquam e pingui agro prodeunte? 44 Spica mirabilis.

Quid mirabilius arbore multis ramis folijſque in thorace Hiſpani hominis vireſcente? Quod ſane aſſerere non auderem, niſi Illuſtriſſimus vir ſpectatae fidei, priſci moris, & magnae eruditionis hiſtoriae epitomen 45 Arbor mirificiſſima.

fide publica conſignatam, mihi communicaſſet: quae huiuſmodi eſt: Roccus Martinus Hiſpanus, ex oppido vulgo *Orea*, annum agens duodeuigeſimum ex arbore lapſus, pruni ſilueſtris ſpinum offendit, qui, cum altius in thoracem penetraſſet, intus haeſit. Ergo diu latens paulatim eo humores attraxit, tumorem concitauit & apoſtema: quo maturato ſectoque, & magna puris vi expreſſa, ille equiſeto ſimillimus iam factus, hoc eſt multis filis veluti radicibus actis; penitus defixus haerebat, nec a chirurgo

prae

prae dolore vlla extrahendus arte. Itaque chirurgus eo intus relicto ad ſanandum vlcus & cicatricem obducendam animum manumque conuertit. Temporis proceſſu (vide naturae miraculum) e thorace ſpinus ſenſim & ſine ſenſu prodire caepit, augeſcere, virere, & ramulos frondeſque emittere, non ſecus ac ſi in pingui & foecũdo ſolo inſitus eſſet: e cuius trunco deciſus ramulus apud Illuſtriſſimum Virum aſſeruatur, Romam vna cum fideliſſima hiſtoria Didaco Iaguez Hiſpano miſſus hoc

Vere miraculum.

eodē anno ⅭⅠↃDCXXXVII.

46 Hactenus naturae miranda.

Iam vero ſi taedeat naturae miracula diutius contemplari, lubeatque artis induſtriam, operaque ſummo facta artificio internis, vt aiunt, oculis intueri, conuerte, obſecro te, animum ad Archimedis ſphaeram, in qua

Artis miracula.

*Incluſus varijs famulatur ſpiritus aſtris,*
*Et viuū certis motibus vrget opus:*

Archimedis ſphaera eiuſdē ſpeculū.

*Percurrit proprium mētitus ſignifer annum,*
*Et ſimulata nouo Cynthia menſe redit.*
*Iāque ſuum voluens audax*
*in-*

*induſtria mundum,*
*Gaudet & humana ſyde-*
*ra mente regit.*

Conuerte animũ ad eiuſ- 47
dem Archimedis ſpeculum
e longinquo Romanorum
claſſem comburens.

Ad Iliadem Homeri, mẽ- 48
branula ſcriptam, incluſam- Homeri Ilias.
que nuci.

Ad Architae Terentini li- 49
gneam columbam, quae ea Architae co-
elaborata fuit induſtria, eo lumba.
facta, inflataque artificio, ijs
ponderibus librata, vt viuae
volatum imitaretur.

Cõuerte animum ad na- 50
uim quadrigamque non Nauis & Qua-
quidẽ Serapidis, quae licet driga Myr-
mecidae.

ferrea grauiſſimaque nullis tamen alligata vinculis, ſed ſuis librata ponderibus in medio templi pendebat;

51 Sed ad Myrmecide, qui eam quidem ligneam extruxit, prora, puppi, clauo, carina, ancora, cordiſque diſtinctam; remis, ac remigibus ornatam; velis, arboribus, ceteriſque munitam; adeo tamen puſillam ac minutam, vt apiculae pinnis vniuerſa tegeretur.

52 Currum fabrefecit numeris omnibus abſolutũ, quatuorque ornatum equis, quẽ muſca alis vndique operiebat. Fabuloſa putas haec ab

an-

tiquis deſumpta, tanquam antiquitate ſolum fidem his & auctoritatem afferente?

Conuerte animum ad vitreum globum Drebellij, in 53 quo puriſſimo quodam liquore immiſſo, additiſque nonnullis mirabilis olei guttulis, chaos primum, deinde paulatim ſecretis partibus elementa in globum circũfuſa diſtincte aperteque apparebant: mox purior quaedam lucidiorque liquoris pars, ſupra elementa circumuecta concreſcebat, ſole, luna, ſideribuſque veſtita: quae non extrinſecus adhibito inſtrumento, ſed

ſpi-

ſpiritu intrinſecus permeã-
te, mirabili conſtantique
vertigine acta, coelorum
motum prodigioſe referebant.

54 Conuerte animum ad ligneum Alberti Magni caput humana voce loquens.

Alberti M. caput.

55 Ad ſtatuam a Seuerino Boetio Rauennae eo artificio factam, vt quaſi ſolis aemula in orbem ſua vi ex oriente in occaſum aſſidue moueretur.

Seuerini ſtatua.

56 Ad exiguam antiquorum lucernam, mille & ſeptingẽtos annos perpetuo ardentem.

Antiquorum lucerna.

57 Ad imaginem cuiuſque

ſimil-

ſimillimam ab caeco ſculptore ex argilla expreſſam. Scio complures exiſtimaturos, rem commenticiam eſſe ac vere fabuloſam. Et me quidẽ puderet id literis tradere, niſi Romae nunc notum omnibus eſſet, ac peruulgatum. Ioannes Gambaſsius Volaterranus a prima adoleſcentia ad vigeſimum vſque annum cum magna ſui nominis celebritate ſtatuariá exercuit: mox oculis captus, decennio iacuitocioſus & nunquam operarius; aſſidue tamen toto animo rationem cogitans, per quam gloriam, ſta-

Caeci ſculptoris opera.

ſtatuaria ſibi partam, aut retineret aut reuocaret. Itaque aciem, quam morbus a conſuetudine oculorum abduxerat, menti ingenioque adiunxit, & exacuit adeo, vt facinus aggreſſus ſit ex omni aetatum memoria inauditum. Coſmi Etruriae Magni Ducis effigiem ex argilla ſibi fingendam ſuſcepit, exemplo ſumpto ex marmorea Coſmi ſtatua manibus contrectata: quam quidem adeo ſimilem expreſſit, vt quiſque tanquam nouo artis miraculo ſtupidus haeſerit. Is ergo operis praeſtantia, & ſecunda omnium

Etruriae Ducis effigies.

ac-

acclamatione excitatus, Romam venit ſuperiori anno CIƆDCXXXVI. vt in hoc virtutum omnium theatro ſuae artis ſpecimen ederet. Et primo quidem Vrbani Octaui Pontificum Max. ſtatuam ad ſummam vſque ſimilitudinem omniumque admirationem protulit, Vrbanoque dono dedit: mox Ducis Barcenni, Equitis Gualdi ac ceterorum. Immo, cum ad Diui Honufrij in Ianiculo aegrotaret, mihi medicinam ſibi facienti, ſaepe opificium ſuum profeſſus fuit: renui prorſus, ne tam praeclaro opere opella mea

Vrbani VIII. P. M. effigies

Bracciani Ducis ſtatua.

com-

compenſanda videretur. Cũ vero plerique tanto miraculo ſtupeſcentes, de ſimulata caecitate ſuſpicarentur, in occluſo & caeco cubiculo plaſten exercere iuſſus fuit: quam cũ ſimilitudine perfectam edidiſſet, & venuſtatem illam faciei cuiuſque propriam mire expreſſiſſet, certam ſpeciem, vultum grauem, comitemue, hilarem, aut triſtem, &, vt verbo dicam, vere loquentem, & pene reconditos cuiuſque mores indicantem effinxiſſet; ſuae artis praeſtantiam omnibus perſuaſit. Rem autem apud Philippum Sa-

racenum publicum Tabellionem teſtati ſunt complures locupletiſſimi, & oculati teſtes, vt ex literis publicis futura ſaecula miraculum crederent.

Facinus publicis literis cōſignatur.

58

Memoria omniū maxima.

Conuerte animum ad artem memoriae, qua iuuenis corſicus triginta ſex millia nominum, latinorum, graecorum, barbarorum, ſignificantium, nihil ſignificantium, & inter ſeſe nihil cohaerentium eo plane ordine reddebat, quo ſemel acceperat, nuſquam prope inſiſtens, nuſquam haeſitans: quodque admirabilius eſt, ab vltimo incipiens ſurſum

ver-

verſus perueniebat ad primum: rurſus ita vt primum, tertium, quintum, & ſic deinceps omnia diceret: immo vero vel anno elapſo eodem ordine, & quo quiſque alio vellet, omnia repeteret.

59 Teleſcopiũ mirabile. Conuerte animũ ad Teleſcopium, aliaque mirabilia ſpecilla, quibus ars ita fallit oculos, vt remotiſſima propinqua referat, minima reddat maxima, adeout milij granum omnino exiguũ cedrum exhibeat ampliſſimum.

60 Aquila Regiomontani. Ad Regiomontani aquilam ligneam, quae Maximiliano

liano Caeſari Norimbergá venienti mirabili volatu obuiam proceſſit, eumque leni ſuſpenſoque volatu in Vrbem proſequuta eſt.

Ad ferream eiuſdem mu. 61
ſcam, quae cum ex eius ma nibus euolaſſet, & in orbem, hoſpitibus quaſi ſalutatis, per cubiculum oberraſſet, reuolauit eo, vnde euolauit.

Eiuſdem muſca.

Ad eburneas pateras mil- 62
le & ſexcentas, in piperis grano, torno elaborato formatoque in pateram incluſas. Nam Oſualdus Norhingherus Sueus Toreuta, omnium qui ſunt quique fuerunt praeſtātiſſimus (id

Oſualdi paterae ex ebore.

enim exiſtimandum eſt ex opere ſupra humanam credulitatem, vires certe ſedulitatemque humanam) pateras mille & ſexcentas ex ebore torno fecit, perfectas illas quidem, & numeris omnibus membriſque abſolutas: adeo tamen paruas & minutas, adeo exiles ac tenues, vt omnes (mirabile dictu, mirabile factu.) calice vel potius caliculo, ex vulgaris piperis grano torno facto, includerentur. Mirabile hoc opus e Germania Romam ſecum adſportauit Ioannes Carolus Schad a Mitelbrach, ſedēte Paulo V. Pont.

In piperis grano incluſae.

Pont. Max. Vidit autem cõſpicillo paruitate pene inuiſibiles, atque adeo numerauit tum quiuis alius (facta enim fuit vnicuique videndi facultas) tum maxime Gaſpar Scioppius, & Ioannes Faber Bambergẽſis medicus Romanus.

Ad ligneas bombardas, curru munitas, rotis inſtructas, ornatas denique omni apparatu bellico vſuque neceſſario, minutiſſimas illas quidem ac tenuiſſimas: vt viginti quinque numero vna cum triginta calicibus ligneis affabre torno factis in vno eoque mediocri pipe- 63 Bombardae mirabiles.

ris grano includerentur. Haec paucis ab hinc diebus paſſim oſtentabat Io. Baptiſta Ferrarius e Societate Ieſu, vir doctrina & religione clarus.

64 *Steuini curſus.* Ad currum ſteuini veliferum, quo ſeptemdecim milliaria duabus horis ſe confeciſſe affirmat: quem profecto ſi quis non equis ductum, ſed actum hominis ingenio vidiſſet, miraculo perculſus ab arte ad daemones ſtolide prouocaſſet.

65 *Pyxides mirabiles.* Ad duas illas rotũdas pyxides, alphabeto in ora diſtinctas, eoque artificio fabrefactas, vt ſi huius ſtylus

in

in centro ſitus moueatur ad A aut B, alter ſtylus alterius pyxidis, Perſijs verbi cauſa eodẽ artificio extructae, ad eãdem literã ſua ſponte conuerteretur. Si hic ad C.D.E. ceteraſue, ille huius motum ſequutus in eaſdem literas feratur: adeout cum abſente loqui poſſimus, nulla aut voce aut ſcriptura intercedente.

Ad tabulam, in qua aſperſi temere videntur colores, vel ea certe ab imperito puero coloribus tincta & confuſa, nulla fere arte depicta: in cuius tamen medio, cylindro ferreo politiſsimo 66 Artificioſa tabula.

que poſito, ſtatim in hoc velut in ſpeculo refertur imago ſimillima cuiuſuis, mentitis pigmentis fucatiſque adumbrati: his nempe, mirabili quadam arte diſpoſitis, hominis adumbrati ſpeciem ad cylindum emittentibus.

67 Rosa die nata. Ad roſam ex cineribus vſtis ſolerti tamen & ingenioſo artificio excultis & elaboratis, quatuor & viginti horis natam, adultam, perfectamque.

68 Sphaera Solis pediſſequa. Ad ſtylum aut ſphaeram ligneam eamque planam in aquae amphora natantem, & aſsidue orbico motu con-

ci-

citam; quae nempe exorien-
te ſole ſolem orientem ſpe-
ctet, paulatim vna cum eo
in meridiem vergat, & inde
in occaſum, ſolis aut aemu-
la aut pediſſequa.

Ad muſicum illud in- 69
ſtrumentum, quod trãquil-
lo, puro, ſerenoque caelo,
leniſſima aut potius nulla
ſpirante aura, non artificis
manu, ſed intrinſeco quo-
da citharaedo ac ſympho-
niaco genio mirabili armo-
nia ſonat, ſonante altero pa-
ri artificio temperatum.

Muſicum in-ſtrumentum mirabile.

Demũ ne pluribus tuas, 70
Lector, aures obtundam,
conuerte animum ad vul-

Miraculum omnium maximum.

gatam quidem rem omnibuſque notam, ſed meo iudicio rerum omnium maximum miraculum. Deus immortalis! quid mirabilius bombardae fragore aut ictu? Mentior: quid mirabilius ferrei globi impetu? qua vi fertur ponderoſus ille globus? quis ei vim impreſſit in tormento? vel potius quis extra tormẽtum fouet? Neque dicas, eſſe *Virtutem impreſſam*, quae globum pellit fugatque; quia purum id eſt nomen, nihil me praeterea docens. Scitum namque illud eſſe vellem, *Vim*, *Qualitatem*, *Virtutem*,

Virtus impraeſſa refellitur.

*Pro-*

*Proprietatem* generalia quaedam eſſe nomina, rebus omnibus ignotis ab caeco ignaroque philoſopho impoſita: quod enim ille neſcit, nec vllo aſſequi modo poteſt, vim, qualitatem, virtutem, aut proprietatem appellat, pulchro nomine ſuam tegens ignorantiam: immo (quod magis dolendum eſt) putans ijs nominibus, omnes ſe quaeſtiones diſſoluere, rebuſque omnibus obſcuris veritatis lucem afferre. Ego (fateor ingenue in volante furenteque bombardae globo nihil animo videre poſſum nec in-
trin-

trinſecus ab ignito puluere, communicatum, nec extrinſecus adhaereſcens; nihil mente compraehendere, quod tam mirabile impetu, ſaeuiſsimo reflante borea, ingentem ac ponderoſum globum propellat. Id ſolum affirmare non dubito, ſi bombarda nunc primo hominibus innoteſceret, & cũ ingenti tonitru & fragore maximo ferreo globo ſemel exploſo collabentem ruentéque domum videremus, miraculo ſtupidi timoreque perculſi iaceremus, rem omnem non ad ſolertiam artis, ſed ad cacodaemonis

ter.

terricula acceptam referen-
tes. Aer, inquies, ignito puluere commotus impulſuſque globum extrudit & propellit. Nugas agis: nam vel ſaeuiſſime reflátibus auſtris tormentum vi maxima globum euomit ac proijcit; globus eodem impetu volat ac furit. Accedit, quod globo prope nos velociſſime rapideque lato, proximus aer leuiter commouetur: certe non ita, vt nos impellat aut protrudat. Non ergo hic extrudit & exprimit volantem globum. Demum proiecta ab aere commoto & extrudente non ferri, certiſ-

Aer explodi-
tur.

Ratio & ex-
perientia cer-
tiſſima.

tiſ-

tiſſimo argumento eſt turbo verbere actus, qui, flante borea vel aliter in diuerſum concitato aere, in orbem mouetur: & ſagitta, quae ſcindit potius finditque aerem, quam ab eo compreſſa extrudatur.

Sed eſto in expellendo nitatur aer, incaſſum tamen hic agit, *Nec* ſane *proficit hilum*. Nam proiecta res quãtum a poſteriore extrudente aere impellitur, tantundem ab anteriore reſiſtente retardatur. Neque aer lapidem ſubſequens (quae Platonis eſt opinio) ac, ne detur vacuum, ſuccedens in eius lo-

cum,

cum, lapidem mouet, quia aer *ſatis habet, ſi impleat, ne detur vacuum:* imo ſi lapide moto, aer ſubit in eius locũ; hic non mouet, ſed motum lapidem ſequitur Ariſtoteles ait, antecedentem aerem a lapide compreſſum vicinũ comprimere; ac ne detur vacuum, ſubire in poſterioris locum, & ſic proiectum extrudere. Sed a compreſſo aere proiecta non moueri, illud etiam argumento eſt, quod aere magis compreſſo, minus ac ſegnius proiecta moueantur; velocius vero, minus compreſſo. Etenim parua pila, batillo

ſphae-

ſphaeriſtico verberata ſegnius funditur, quam reticulo acta. Intendas oportet mentis aciem, vt haec aſſequaris; exuas aliorum placita, vt credas.

Secundum genus miraculorum.

Iam vero hiſce naturae artiſque miraculis informatus animus, & vtriuſque veluti ſacris initiatus fidelius in eis, quae vnguento ſympathico ſimiliora ſunt, deinde verſabitur. Et primo quidem ea ſunt accurate animaduertenda, quae ex mulierum malacia ſummoque obiectae rei deſiderio in foetu gignuntur: quorum aliqua etſi a nobis ſupra

com-

cõmemorata ſunt, quia tamen illa miraculo potius, quam virtutis ſimilitudine ad vnguentum pertinent, ideo alia nunc ſunt afferenda, quae ad vnguenti vim proxime accedunt.

Ego ſane octennem puerum noui, vnguentarij filium, ac nepotem panis custodis Vrbano VIII. Pont. Max. cui ex matris malacia, intempeſtiuoque leporis appetitu in dextera gena leporinae pellis veſtigium impreſſum eſt, ipſiſſimis animalis pilis ſubfuluis longiuſculis ac tenellis refertum: adeo vt verius diceres auulſos 71 Malaciae exemplum.

ſos

ſos ex lepore pilos genae inſitos fuiſſe, quam ex materna imaginatione adnatos. Vnde, obſecro, pili color leporinus? vnde inſignis & maxima ſimilitudo? vnde nisi ex influente deſiderati leporis vi atque ſpiritu? Ex imaginatione, inquies, vehementi grauidae matris. Méndose: nam mater deſiderio flagrans imprimit quidem in puero tenello rei deſideratae veſtigium; ſimilitudo vero non ex ea, ſed ex lepore deſiderato in veſtigium deriuatur. Quare pili color, tenuitas, laeuitas non matri, ſed lepori referenda ſunt.

Maculae ſimilitudo vnde.

ſunt. Quod ſi minus credulus, immo vere faſtidioſus rem plane contemnas, praebe aures hiſtoriae, quam tibi fideliſſime narrabo.

72 Nobili Matronae Florentinae (nomen autem reticeo incertus, placeat, an diſpliceat pulchrae honeſtaeque mulieri rem patefieri) maculatum eſt dexterum tempus vuae macula, fuſca illa quidem, & adeo obſcura, vt vix oculis pateat; immo nec vix quidem, niſi diligenter inſpectantibus, etiam ſi in carne candidiſſima impreſſa ſit. Frondentibus autem ac virentibus

Maculaē vuae hiſtoria

Mira cõmutatio.

vitibus, mirum in modum macula vireſcẽs vel luſcioſo conſpicua eſt: foecundis fructuque exhuberantibus, fere intumeſcit; mox e viridi colore paulatim vergit in flauum, deinde haud obſcure flauet, flauente vua ac plane maturata; demum appropinquante hieme, vitibuſque pampino nudatis, prope euaneſcit, ſubfuſco ſolum colore leuiter adumbrata. Vnde mirabilius hic maculae motus, color varius & plane inconſtans, conſtanti tamen ac definito tempore ſingulis annis cõmutatus, niſi ex vitibus

vuiſq; ardenter deſideratis?

Eodem plane modo An- 73 Vini maculae hiſtoria.
dreae Labiae nobilis Veneti
variat inſignis macula, vni-
uerſae dexterae genae ex vi-
ni rubri deſiderio a matre
impreſſa: nam vere attolli-
tur & mire rubeſcit appro-
pinquante autumno vuiſ-
que matureſcentibus; facta
vero vindemia detumet &
paulatim langueſcit.

Neque diſcrepat ab his 74 Mali punici hiſtoria.
mali punici fuſca macula;
nobili mulieri ex malacia
impreſſa quae colorem mu-
tat & omnino rubeſcit, ru-
bentibus punicis a matre
deſideratis.

75 Verrucarum hiſtoria.

Et famulae Principis Caeſij magnae ac frequẽtes quaſi verrucae in manu extuberant, fragis aeſtate pullulantibus; plane ſubſident & euaneſcunt, ijs frugibus hieme abolitis: iterum extuberant, ſubſident iterum, aeſtate noua, nouoque hieme adueniente. Res igitur deſiderata e longiſſimo indefinitoque interuallo vim, emittit in maculam, foetui deſiderio matris impreſſã.

76 Vini doliatis hiſtoria.

Haud abſimile eſt, quod de vino doliare ſcribunt probatiſſimi auctores, ac ſcientiſſimi vinarij experimento comprobant. Commo-

ueri illud quidem ac pertur-
bari aſſerunt, turgentibus
in palmite gemmis, nouo-
que vino pendente: quo in
cellarijs condito, denuo cla-
reſcere.

Quare non eſt, cur teme- 77
re leuitatis inſimiles aucto- Vrſorum adi-
res omnium maximus, Ari- pis hiſtoria
ſtotelem, & Theophraſtum, mira.
qui ſcribunt vrſorum adi-
pem *latebrarum tempore exũ-
dantem & intumeſcentem va-
ſa implere*: nimirum cum
vrſi in ſpeluncis hieme la-
tent, eorum adipem in vaſe
aſſeruatum commoueri &
intumeſcere, ſpiritu ex vi-
uentibus vrſis influente tur-

gentem. neque enim diffi-
cilius ex vrſis, quam ex vuis
vinoque pendente ſpiritus
emanat, qui alio pertingens
alia aliter afficiat.

78 Quod ſi haec a commu-
*Vulgi peruicacia.* ni hominum intelligen-
tia diſiuncta & non adhuc
a natura nobis enodata con-
temnas ( nam ea eſt quo-
rundam peruicacia, vt quae
propria intelligentia fretii
non aſſequuntur, vel per
ſummam naturae iniuriam
negare audeát) quod ſi ex-
pertiſſimis viris experimen-
ta, aut nugas, obijcias; pro-
fecto neceſſe eſt, vt non
Theophraſto ſolum proba-

to graueque auctore, ſed viſu etiam olfactuque inuito inficieris,

E caepis & allijs in cellario conditis tunc acriorem, acutioremque non efflari odorem, cum eorum ſpecies in terra progerminat. Etenim & Theophraſtus & experimentum teſtatur, allia caepaſque aſſeruatas ea, cum propria ſpecie continuitate coniunctioneque naturae conſociata eſſe, vt cum hae tempeſtiue ſatae germinant, illa commoueantur, & veluti ſpiritu intus alente excitato, acutius & vehementius oleant. 79

Caeparam & alliorum hiſtoria.



Semina, tempore quo seri solent ut in plantam facescant; eodem tempore in granario etiam turgent ac germinationem moliuntur; infinitumque nescio quid malitiae spirant resipiuntque; eadem ratione, qua

Gallica hiſtoria.

Dum vero haec ſcriberem, nec adhuc manum de tabula, Illuſtriſſimus vir Franciſcus Maria Suareſius Epiſcopus Vaſionenſis, cui rudimentum huius diſputationis tradideram, duas mihi ſuppeditauit hiſtorias; ſibi a praeſtantiſsimo Alberto medico Carpentoract. per literas communicatas, vnguento ſympathico mire fauentes: quibus vt fides magis habeatur, ipſarum literarum exemplum huc adſcribere, operaepretium duco.

Il-

*Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D.D.*

# DE SVARES
## VASIONEN. EPISCOPO.

*TRactatum de Vnguento Armario Clariſſimi domini Petri Seruij tuo nutu & gratia perlegi, Praeſul Illuſtriſsime. Iubet tua dominatio, vt quod de eo ſentiam, ingenue proferam. Sententia mea ſuffragium erit illi gratioſum, & fauens, quantum egregios illuſtrium virorum conatus ſoleo approbare, & collaudare: Nihil in hoc genere ornatius, nihil eruditius dici poſſe puto, eodem ſtylo ad huius operis integritatem duo perſequi deſidera-* Cenſura Alberti medici.

*rarem; alterum propria auctoris experientia in tanti remedij confirmationẽ, alterum eiuſdem remedij deſcriptionis examen. Illa a tanto auctore omnem demeret damnatae magiae ſuſpicionem, cuius non eſt expers Crollius, qui & pollicetur medendi methodum per verba, & caratheres, & obſeruationes nonnullas in vſu iſtius vnguenti, quod vocat ſympathicum commendat, quas inanes & pene futiles exiſtimem. Eadem experientia decerneret quaeſtionem, an ſit, antequam perquirantur eiuſdem rei proprietates, & propter quid, rei exiſtentiam certam faceret, quam*

Crollius vere ſuperſtitioſus.

alij

*alij negant, & ſolam nobis relinqueret admirationem, vt in pluribus naturae operibus, veluti in puella Maſsilienſi ſexdecim circiter annorum, quam ante quadraginta annos noui pulchram & nobilem. Haec in prima frontis piloſa parte morum geſtabat ex imaginatione matris vtero gerentis, quod veris initio, dum eius ſpecie arbores ſurgunt, intumeſcebat, & vireſcebat, poſtmodum rubeſcebat, & nigreſcebat, vti eiuſmodi fructus ad maturitatem perfectam pertingere ſolent, deciſis ex arbore fructibus & folijs, planus remanebat locus ad proximum ver. Viuit adhuc*

Maſſilienſis puellae hiſtoria.

*eru-*

81 eruditiſsimus Doctor medicus
Cerſi hiſtoria. Aptenſis Dominus Lelong qui
ceraſum eôdem modô progre-
diens propè auricularē digitum
defert. Mirari liceat ſympathiā
& veluti dependentiam ani-
malis a vegetabili. Vnguenti
deſcriptio ſatisfaciet quaeſtioni,
quid ſit, ego aliquantulum di-
uerſam apud varios auctores
animaduerti. In illius exami-
ne mire eluceret ſingularis au-
ctoris eloquentia & vberior do-
ctrina, cuius velim eſſe aemu-
lus, vt et Dominationis Veſtrae
Illuſtriſsimae ſeruus obſequen-
tiſsimus.

Carpentoracti 2. Mar. 1637.

Albertus Med.

Haec

Haec autem cum ita ſeſe habeant, non eſt, quod aniles ſuperſtitiones aut commenta eſſe exiſtimes, quae a grauiſſimis viris de naſo arte reſtituto, deque Apuli aranei veneno commemorentur.

Et quidem ſatis inter omnes conſtat, Petrum Boianum, Taliacotium, ceteroſque nobiles chirorgos amputatum naſum tum ex propria aegri carne, tum ex aliena non ſine magna hominũ admiratione refeciſſe. Ceterũ in hac vere miranda chirurgia illud accidit praeter expectationem & opinio- 82

Boiani & Taliacotij mira opera.

nionem omnium, vt naſus, ex propria aegri carne reſtitutus, nunquam contabuerit: qui vero ex aliena, tamdiu incolumis fuerit, quādiu alter homo, e cuius carne refectus fuit naſus, vixerit. nam eo mortuo, ſenſim contabuit adnatus naſus, ac tabe, & putredine confectus decidit. Vnde obſecro, portentum hoc & miraculum, niſi ex vere mirabili & prodigioſo ſpirituum e viuente homine ad naſum effluuio? Nonne hic homo, cum viueret, quamuis longiſsime dſiunctus, quandam vim ſalu-

Naturae vere miraculū.

Mirandus influxus.

ta-

tarem, vitalemque emittebat in naſum reſtitutum? Quid vero ſit haec vis, quomodo e longinquo feratur in naſum, fateor, me plane ignorare; puto in naturae penetrali intime & obſcure deliteſcere, & nobis datum eſſe, admirari potius, quam nouiſſe.

Neque vero fide dignis auctoribus abroganda fides eſt, aut temere renuenda, quae docti ingenuique viri teſtantur. Ego ſane non tantum apud probatos auctores expertoſque ea legi, ſed etiam a nobili eruditoque viro, & ab omni fuco alie-

Cõfirmatio hiſtoriae.

alieniſsimo accepi, Panormitanum Equitem multos annos habuiſſe naſum e famuli carne reſtitutum; hoc vero mortuo, eundem amiſiſſe.

83 Apuli aranei hiſtoria.

Quid dicemus de vi illa plane mirabili, quae ab araneo (tarantulam Apuli nominant) in commorſum hominem e longinquo deriuatur? nonne conſtat, cõmorſum ab araneo ſingulis annis ſub idem tempus, quo impreſſum fuit venenum, ijſdem ſymptomatibus corripi, donec araneus moriatur? nonne eo mortuo, cantamine quodam arteque

ac-

accerſito, paulatim conta-beſcens impreſſum vene-num tandem aboletur? Va-na, dices, ſunt haec, futilia, & aniles fabulae. Vana igitur putes, neceſſe eſt, vi-num, vuam, malum pu-nicum, fraga, ceraſum, morum, allia, caepas, alia-que huiuſmodi ſexcenta, quae a vi & energia, e lon-giſsimo interuallo deriuata, aperte commutantur, quae-que actionem *nobis* in di-ſtans atteſtantur. Immo ve-ro neceſſe eſt, vt Timo-ne Nicaeo obſtinatior, ex-hauſto ſapientis rubore, nec ſenſui nec experimen-

Firmatur hi-ſtoria exem-plis.

Timon Ni-caeus homi-num obſti-natiſſimus.

to credendum putes.

Quorſum, inquies, haec? Quorſum tot tantaque naturae, artiſque miracula, huc quaſi in faſtidium adducta? nempe, vt intelligas, naturam plurima in rerum vniuerſitatem, atque in hominum proſpectum, quotidie magis magiſque miranda producere, quae vnguento ſympathico paria ac ſimilia ſunt. Vtque intelligas, nihil pene ex eo genere eſſe, *quod fieri non poteſt*: imo vero immenſam eſſe naturae vim; infinitam & omnino interminatam Dei potentiam: adeout *Poſ-*

Cur huc congeſtae tot hiſtariae?

Poſſibile interminatum e.

*ſibile*

*ſibile* Deo ( dicere auſim )
& naturae aequale haben-
dum videatur. Quod ſi ita
eſt, quis negare audet, ſo-
lertem, ſubtilem, & recon-
ditam artem, comitem,
aemulam, adminiſtram-
que naturae, huius arcana
ſedulo ſcrutatam ac penitus
aſſequutam, eiuſmodi POSSE
vnguentum componere,
quod gladio ſolum panno-
ue illitum abſenti vulneri
medeatur?

Sed alium video Ariſtar-
chum, me aut tanquam
nimis credulum & ſimpli-
cem illudentem, aut incre-
pantem tanquam ignarum

rudemque philoſophum; „
qui rem aſſeram; nulla ful-
tam ratione, nullaque veri
ſpecie fucatam. Sed heus
tu? fabellam geſtis audire?
morem geram: nam & ipſe
*tuas geſtio nutantes auriculas
videre*. Etenim de rebus
abditis, quae arcana vi age-
re dicuntur, ratiocinari, eſt
vere fabulari: ita quidem
ſentio, ac profiteor; etſi
complures eſſe ſciam, qui, „
propria intelligentia freti, „
rerum fere omnium ſcien-
tiam ſe conſequi facile poſ-
ſe arbitrentur. Ceterum vt
intellectum noſtrum inhiá-
tem veritati aliqua veri ſpe-

Qnodam fabellam narrate, aſinus auriculas mouebat.

cie

cie capiamus, & fucum aliquem mentitae veritatis ei obducamus, aut certe blandiamur veritatem affectanti, ſic puto implicatam rem explicari poſſe. Ratum apud omnes pene Philoſophos eſt, caelum ita cum orbe terrae conſociatum eſſe, ita huic patrocinari atque prae eſſe, vt nihil hic agatur, quod inde vim non deducat praecipuam. Sic Ariſtoteles dixit, a ſole & homine hominem generari; ſic Plato vnicuique ſpeciei non ſolum peculiare aſtrum praefecit, vireſque impertiri cenſuit; ſed ipſas etiam ſpecierum

Differitur de ratione, qua vng. agit.

Ariſtotelis Platonis Fernelij placita.

ideas inde accerſiuit. Sic Fernelius calorem rerum omnium opificem, tanquã alter Prometheus, de caelo duxit. Hic autem calor, vis haec caeleſtis auctor eſt rerum omnium praecipuus; & vt e caelo demiſſus, rebus intime inſeritur; ita omnia ſimul amice nectit & mirabili ſympathia vincit. *Neceßario enim* (inquit Cicero) *omnia vno diuino ac continuato ſpiritu continentur:* atque adeo, vt ait Scaliger, *concors & conſentiens natura ſibi rerum omnium, tum ſuperiorum, tum noſtratium admirabili ſerie perpetuaque neceſsitudine*

Calor hic & ſpiritus eſt anima mũdi

*coniun-*

*coniungit, itaut non ſolum ſint in rebus tanquam gradus, aditus, receſſus ſeperatis, verum etiam eorum, quae ſeiuncta penitus videntur, ſubſtantiarum commiſtiones.* Quare vnumquodque cum altero ſympathia conſociatum, vt magnes cum aſtris, palea cum ſuccino, cum ferro magnes ceteraque ſexcenta, per eum ſpiritum ſuas vires impertitur (ſpiritum autem appello, quicquid ſit illud, quo res inuicem amice nectuntur, e caelo deriuatum) ſic homo viuens in naſum alienũ ſalutarem vim emittere videtur: ſic Apulus ara-

Omnia per ſpiritum vnà nectuntur.

neus in commorſum homi-nem pernicioſum effunde-re venenum: ſic fraga, ce-raſus, morus, carnea, fraga, morum, ceraſumque in tu-morem attollere, viriditate, rubore, ac nigritia ſuffun-dere: ſic allia caepaeque ſa-tae allia caepaſq; in cellario conditas acuere & excitare; ſic vua in vitibus cum do-liare vinum, tum hominis maculam commouere: ſic homicida homini occiſo quiddam impertiri, quo ſá-guinem cõcretum reſoluat; ſic demum vnguentũ ſym-pathicum eiuſmodi in vul-nera vires emittere, qui-bus

Quomodo ceraſus & macula foetum afficiat.

Quomodo vng. armar. agat in diſtans.

bus ea medeatur.

Ceterum quia *Veritas in occulto latet, a natura in profundo demerſa, limaturque,* vt ait Cicero, *in diſputatione* ſubtilius & in lucem profertur clariſſimam, operaepretium eſt, quo res, diſcuſſa omni caligine, aperte omnibus pateat, aduerſariorum rationes diligenter colligere, fideliter afferre, & ſtrenue refutare.

Veritas rerum latet.

Et primo quidem diuerſa medicamenti compoſitio negocium nonnullis maxime faceſſit; illudque vanum eſſe facile perſuadet. Nam, inquiunt, ſi inconſtans eſt

Primum argumentum aduerſario. ſariorum ſol uitur.

atque

atque diſſimilis vnguenti
ſtructura, fieri non poteſt,
vt conſtans ſit, firmaque
& nullo daemonis fucata
dolo eius facultas. Et qui-
dem humanũ ſanguinem, a
pleriſque in compoſitione
vſurpatum, reſpuunt aliqui
& plane aſpernantur.

Vnguẽti cõ-poſitio varia

Adipem neceſſarium eſſe
nonnulli aiunt, inutilem fu-
tilemque alij. Vſneam (ſic
enim iſti *Cittiaei, aduenae
omnino atque ignobiles verbo-
rum opifices*, Muſcum appel-
lant, in cranio ſuſpenſi ho-
minis natum: putantes ſe,
quod olim Tiberius Caeſar
nequiuit, barbara nomina
ciui-

ciuitate Romana donare poſſe) Muſcum, inquam, nonnulli ſummopere praedicant, contemnunt nonnulli táquam ſuperuacuum. Terebinthinam, bolum armenium, oleum lini, roſaceum, ſantalos rubros, lumbricos, apri vrſique adipem, conſolidam maiorem, lapidem hæmatitem ſunt qui approbant, ſunt qui plane improbant. Immo vero adeo inter ſe diſcrepant vnguenti auctores & vindices, vt pro ſuo quiſque genio, quod lubet, vnguento ingerere videatur. Paracelſus, qui vel auctor vel aſſer-

Vſnea quid.

tor eius medicamenti eſſe cenſetur, eoque Maximilianum Caeſarem donaſſe fertur, hanc commentus eſt compoſitionem: ℞. *Vſneae vncias duas, mumiae vnciam ſemiſsem, pinguedinis humanae vncias duas, ſanguinis humani vnciam ſemiſſem, olei lini dracmas duas, roſacei, boli armeni ana vnciam vnam: miſce fiat vnguentum.* Ioannes Baptiſta Porta eandem probat, addita ſolum terebinthinae vncia. Eandem Rodulphus Goclenius: haud abſimilem Robertus Flud: diuerſam Oſualdus Gabelchouerus; ℞. *pinguedinis apri, vrſi*

Io. Baptiſtae Portae compoſitio.

Roberti Flud compoſitio.

*vrſi ana libram vnam, eaque liquefacta abluantur vino rubro, adde pulueris lapidis haematitis vnciam vnam, ſantali rubri dracmas ſex, lumbricorum praeparatorum dracmas duas, vſneae quantum haberi poteſt, miſce fiat vnguentum.* Huic conſimilis a Iacobo Colero tradita eſt: ℞. *pinguedinis verris aprugni domeſtici vrſini ana libram ſemiſſem muſci e cranio humano pugillum vnum, lūbricorum terreſt. menſ.* $\frac{1}{4}$ *lapidis hematitis vncias duas, ſantali rubri, radicis conſolidae maioris ana vncias tres, miſce cum vino fiat vnguentum.* Plurimum vero

Iacobi Coleri cōpoſitio

ab

Crollis compoſitio.

ab his diſtat Crollij deſcriptio: nam hic reiecta pinguedine apri, verris, atque vrſi, vſurpat apri cerebrum: muſcum vero abradendum iubet, *Luna creſcente & in bona domo*, vt loquitur, *exiſtente Veneris, ſi fieri poteſt; non Martis aut Saturni*. At vero

Io. Vuitichii compoſitio.

Ioannes Vuitichius ab his omnibus maxime diſſentit, &, vt videtur, veluti

*Cumea Sibilla horrendas canit ambages*.

muſcũ, mumiam, adipem, ſanguinemque humanum aſpernatur: quae tamen alij fundamentũ vnguenti praecipuum eſſe praedicant.

Iam

Iam vero ſi adeo inter ſe diſcrepant vnguenti artifices, ſi quod alij iaciunt tanquam fundamentum, alij velut inutile ineptumque euertunt; quis eſt tam antiquus & ſimplex, qui id vanum eſſe non putet? Sola, inquiunt, compoſitionis diſcrepantia vnguenti vanitatem atteſtatur. Ceterum nugae ſunt haec, merae nugae: vix enim vllum eſt generoſum nobileque medicamentum, cuius apud omnes vna ſit & plane conſtituta cōponendi ratio. Theriaca, electuarium ex hyacintho, & Mithridaticū anti-

Quid a diuerſa compoſitione cō ſequatur.

Argumentū diſſoluitur.

ti-

tidotum ( vt ſexcenta prae-
termittam ) id vnicuique
declarat. De vnguento ve-
ro ſympathico omnes in eo
conſentiunt ( vnum exci-
pio Vuitichiũ,de quo poſtea
dicam ) vt componatur ex
re quapiam ſympathica,
humano ſanguine, vel muſ-
ſco, vel adipe, mumiaue,
quae cum homine cogna-
tione quadam ac ſympathia
conſociata non eſſe, bar-
dus eſſet ac plane ſtupidus,
qui inficiari vellet. Con-
ueniunt etiam componen-
dum id eſſe ex ijs, quae ſco-
po vulneris collimãdo apta
ſunt. Scopus autem, ſi cre-

Vnguentum componitur ex re ſympathica.

di-

dimus Galeno ceteriſque medicinae proceribus, maxime eſt diducta labra adducere, adducta conſeruare, vnire, &, vt plane coaleſcant, operam dare; fluentem ſanguinem ſiſtere, imminentem inflammationem cauere, ſuppurare contuſam carnem & cutim; ſuppuratis nouam ſufficere, naturalem partis calorem ſpirituſque fouere, tueri ac retinere temperamentum, atque omnibus ſymptomatis mederi. Horum aliqua natura efficit, aliqua ars medica. natura quidem vnit glutinatque vulnus, quod prae-

Scopus in vulneribus ſanandis.

Quid praeeſt natura in vulneribus.

cipuum eſt huius opus; contuſam carnem ac laceretam cutim coquit in pus, coctum expellit, expulſo nouam carnem ſubſtituit. Ars fere amouet impedimenta, quo natura ea omnia perficere poſſit. Nam primo quidem eo incumbit ars, vt, ſi quid in hiante vulnere interceptum eſt, telum, ſanguinis grumus, ſimileque extrahat; deinde vero vt ſanguinem fluentem ſiſtat, ne calore ſpirituque euaporato pars langueat ac frigeat, imponens proinde futurae coctioni, expulſioni, generationi, glutinationi; tum adducit

Quid ars præſtet in vulneribus.

labra

labra, adductaque conſeruat, naturam puri coquendo incumbentem, expellentem, generantem, atque cicatricem ducentem, fouet: demum, vt inflammationem, ceteraque ſymptomata, vulneri familiaria, acceſſu prohibeat, enititur & elaborat. Iam quae fiunt a natura, nulla fere medici ope fiunt: quae vero ab arte, partim per chirurgi manũ, faſciam, linteum, phlebotomiam, ceteraque; partim per adhibita appoſitaq; medicamenta, oleum, vnguentum, emplaſtrum, ceratum, ac ſimilia efficiuntur. Etenim in-

In quo diſcepet ars a natura.

Diligenter aduerte.

terceptum quidpiam inſtrumento ex hiante vulnere extrahitur, diſtita labra manu coëunt, coita ſeruantur faſcia, inflámationem phlebotomia prohibet, medicamentum purgans, cucurbitulae, frictiones, ceteraque huiuſmodi. At vero fluentem ſanguinem impoſita medicamenta ſiſtunt, euaporátem ſpiritum, caloremque exhalantem obducta illitaq; pharmaca retinent; naturam, contuſae carnis ſuppurationi incumbẽtem, olea fouent, vnguenta, emplaſtra, ceteraque: abſterſioni, expulſioni, nouae carnis gene-

generationi medicamenta, naturae opem ferentia auxiliantur, cuiuſmodi praecipue ſunt oleum Hiſpanae, balſamum noſtrate, alia, quae vulneraria dicuntur. Iam vero (gradatim deſcendo in vnguentum ſympathicũ) quaecunque ab alijs vulnerarijs medicamẽtis effici dicuntur, ab vnguento Sympathico effici poſſe, mihi perſuaderi facile patior. Nam fluentem ex vulnere ſanguinem armenius bolus ſiſtit, ſpiritum & naturalem partis calorem euaporătem, oleum & alia vnguine ſuo exitu prohibent: ſuppuratio-

Peculiaria de Vnguẽto armario.

Singulae vnguenti partes examinãtur.

nem contuſae carnis adeps iuuat; glutinationi idem bolus armenius opitulatur, abſterſioni terebinthina, expulſioni puris, nouae carnis generationi, alijſque, quae natura medicamento auxiliante abſoluit, ea praeſto ſunt, quae calorem fouent, & naturale partis temperamentum tuentur. Ex quibus omnibus vnguentum hoc vulnerarium conſtare, vnuſquiſque eius cōpoſitionem perpendens intelligere poteſt. *Archimedes*, inquies, *non poſſet melius deſcribere*, ſi vnguenti artifices in eo componendo vna

Obiciunt vnguēti hoſtes.

om-

omnes conſentirent. Sed VVittichius a ceteris diſſentit, & pleraque conſulto praetermittit, quibus deficientibus operationes omnes, quas proxime nominauimus, deficere neceſſe eſt: & tamen ſanitatem ex vnguento partam pr edicat, affirmat, iurat: ex vnguento igitur nulla vi naturali praedito, nulla aut aperta, aut abdita facultate inſtructo: ſed potius (vt coniectare licet ex ſanitate mirabiliter recuperata, & ex vnguẽto ex nugis compoſito) certa ſuperſtitione fucato. Sed

Obiectio diſſoluitur.

*Naſutus ſis vſque licet, ſis denique naſus.*

nihil tamen in noſtro vnguento ſubodorare poteris, quod pio animo male oleat. Si VVittichius expertus aliquando eſt vnguẽtum ſine adipe, ſanguine, ceteriſque ſympathicis vulnera ſanare, naturae ſanitatem acceptam fero, non vnguento, non daemoni: non quidem vnguento, quia nulla pene vi praeditum eſt, nulla ſympathia cum aegro coniunctũ. Non daemoni, quia non eſt, cur velut *in theatrum Deos aduocemus, vt ſoluant nodum fabulae,* ſi mirabilis effectus

cau-

cauſarum rei manifeſtae adſcribere poſſumus: naturae ſcilicet, quae τῶν νόσων ἰατρός. Cur ergo, inquies, quaeuis ſanatio, quae a quouis medicamento ſympathico parta dicitur, naturae adſcribenda non eſt? Nempe ob eandem cauſam, ob quam, adhibito verbi cauſa Hiſpanae oleo, medicamento non naturae ſanitas adſcribitur: quia ſcilicet vnguento ſanandi vi praedito accepta referri poteſt, nullo hinc abſurdo conſequente; vt ex rationibus aduerſariorum a nobis refutatis ac deinceps refutandis liquido

Altera obiectio.

con-

Sãguis hum. neceſſarius in vnguẽto.

conſtat. Sanguinem vero, muſcum, mumiam, ceteraque ex homine ſumpta, neceſſaria eſſe vnguento cõficiendo, ideo exiſtimamus, quod aegro per ea arctiſſima cum vnguento cognatio ſit: Etenim in homine hominiſque partibus calor ineſt caeleſtis, praecipuus actionum auctor, cuius vim eſſe plane mirabilem ac vere caeleſtem ex Ariſtotele & Platone liquet, liquet ex Hippocrate, qui libro de principijs, *Mihi quidem videtur*, inquit, *quod calidum vocamus immortale eſſe, & cuncta intelligere, & videre, & audi-*

Calor naturalis eſt vere caeleſtis.

*re,*

*re, & ſcire omnia tum praeſentia tum futura.* Calor autem hic, ſpiritusue, ſicuti minimis quibuſque corporis partibus penitus inſeritur, ita eſt earum ὀσία & veluti eſſentia ac natura, quas mutuo quodam conſenſu & occulta ſympathia arctiſſime vincit. Quare mirandum non eſt, ſi adeps humanus, mumia, muſcus, & ſanguis, qui ſeminarium eſt caloris & ſpiritus cognationem habeant cum genere humano. Mirabitur haec rudis Ariſtarchus, non ſecus ac *Si mulier vitulum, aut ſi bos ediderit agnum*: vel certe

Cur ſanguis hum. ſit neceſſarius vnguent.

con.

contemnet, quaſi nos ab rationibus inopes, & noſtri ingenij viribus diffidentes ad caeleſtia confugiamus. Ceterum non eſt, cur vere moroſus ac difficilis omnia faſtidias: mihi ſane nihil odioſius eſt eo hominum genere, cuius palatum adeo ſapit, vt omnia plane ſtomachetur: cui *Nec Demoſtenes ſati facit*, nec *Coae Veneris pulchritudo*, aut *ſimulacrum Iouis Olympici*. Etenim calorē ſpiritumque e caelo deductū translatumque ad nos, omnes ſapientes antiqui, recentiores agnoſcūt, in quaeſtionem minime reuocandum.

Moroſitas odioſa eſt.

Alij

Alij vero ingenij aciem in omnes vnguenti partes acrius intendentes ſingula quaeque diligenter examinant: cumque earum nullam aduertant ea vi praeditam, vt abſenti vulneri mederi poſſit, vnguenti praeſtantiam, vt vanitatem & malitiam, nobis obijciunt. Neque enim (inquiunt) ſanguis humanus, neque pinguedo, muſcus, terebinthina, oleum lini, bolus armenius, aut quiduis aliud in vnguentum vſurpatum, eiuſmodi vi praeditum eſſe videtur. *Heu priſca fides!* Tam ne bardus es, tā rudis me-

2 Alterum argumentum aduerſariorum.

Diſſoluitur argumentū.

medicus, in philoſophia, tam hoſpes & aduena, vt neſcias, ſexcenta eſſe, quae ſigillatim aeſtimata, inutilia pene ſunt, nulla (dicere auſim) vi praedita? Si vero generatim, penitus admiranda? Theriacam habes, vel potius (quod magis mireris( habes foſſile ſtibium, vulgo antimonium, nulla purgandi vi praeditum; habes chryſocollam, quae, ſi ethimologiam ſpectes, aluũ potius tardat: nam auri gluten Latinis ſignificat: miſta habes haec eadem, incredibilem purgandi vim omniumque maximam ex mix-

Compoſitio quantũ poſſit.

tio-

tione adepta. Quid dicemus de puluere nitrato? vim eius eſſe admirabilē, quippe qui tonitrua & fulmina imitetur & aequet, ſciunt omnes; omnesque ſciunt, neque nitrum, neque ſulphur, aut carbonem, ex quibus is conſtat, ea vi praedita eſſe. Itaque hoc argumētum, quod principio velut *Euripidis emphidexium* eſſe videbatur, infirmum reuera futileque eſt, Puluis tormētarius ad mirabilis.

*Et redit in nihilum, quod*
*fuit ante nihil.*

Nonnulli vero (ridendi profecto ſunt hi) vnguenti ſuperſtitionem ex eo coniectant, quod ſuſpenſi hominis 3 Teſtum argumentum.

nis muſcus in compoſitionem vſurpetur. Si enim, inquiunt, naturalis eſſet vnguenti vis, non magis laqueo, quam morbo mortui hominis muſcus vtilis ac ſalubris eſſet. Sed vere audio anicularum murmura, quae hoc ipſo, quod aliquid ſuſpẽſi hominis adhibetur, de ſuperſtitione continuo trepidantes & meticuloſa ſuſpicantur. Philoſophi eſt animaduertere, hominem morbo non confectum vberiori ſpirituum copia circumfluere, morbo vero afflictum ſpiritibus exhauſtum contabeſcere. Suſpenſum

Diſſoluitur argumentũ.

prae-

praeterea vberrimos laqueo ſpiritus ad caput allicere ac trahere: hoc igitur ſpiritibus turgeſcens, & radicati etiam humidi ſuccoſus, foecundiori ac praeſtantiori muſci ſeminario praeditum eſt. In vnguento autem tam mirabili componendo ſelectiſſima praeſtantiſſimaque vſurpanda eſſe, quis dubitat?

Muſcus ſuſpenſi hominis praeſtantior.

Neque vero aditus ad caput laqueo ſpiritibus intercluditur ita, vt in thorace omnes & faucibus haereant: quia ligatum praeſſumque guttur ſanguinem non ſpiritus tranſitu prohibet. Declarat id quidem calor faciei

nõ mediocris,rubor, & vinculo arctius ſtringente, & ſpiritibus propterea eo ingruentibus, plumbeus color, quo facies perfunditur.

4 Quartum argumentum. Neque eſt cur ſympathiã ſanguinis adipis muſci cum homine vanam & fabuloſam putet Sennertus quod ſanguis, exempli cauſa, corrumpatur ac putreſcat, corpore, vnde miſſus eſt, conualeſcente, immo plane incolumi; quia ſympathia

Diſſoluitur argumentũ. inter ſanguinem & hominem non ea eſt, quae ad producendam vitam, vel ad valetudinem tuendam ſit neceſſaria; ſed quae ad quaſ-

dam

dam actiones ſui perutilis.
Exemplo rem aperio: vene- Quae ſympathia ſit neceſſaria vnguento.
num a ſcorpione membro
impreſſum arctiſſima cum
ſcorpione ſympathia coniū-
ctum eſt: vt patet ex eo, quod
hic, contuſus & vulneri ap-
poſitus, reuocat exugitque
venenum a ſe membro actū
inſpiratumque; & tamen is
dui vixiſſet incolumis, etiam
ſi impreſſum a ſe venenum
vna cum homine extinctū
eſſet. non enim vnquá ſcor-
pius cum homine venenato Scorpius venenum.
interijt, aut interijſſe fertur.

5 Mihi vero laborandum
non eſt (vt vehementer la- Quintum argumentum.
borandum, ſummiſque in-

genij viribus contenden-
dum, omnes arbitrantur)
*de ſphaera*, vt vocant, *actiui-
tatis* vnguenti vulnerarij.
Nam etſi plurima agentia
naturalia certam *nobis* ha-
bent ſphaeram actiuitatis,
certum ſpatiũ, ἀπόῤῥοιαν ſeu
virtutis effluuium circum-
ſcribens, aut vim certò ali-
quò emittere nobis videan-
tur; tamen multa ſunt, quo-
rum ſphaera quam late,
longeque pateat, haud certo
ſcimus, aut, ſi ſcimus, eam
longius pertingere ac prope
indefinitã eſſe intelligimus.
Et vero quam ſphaeram
actiuitatis habere putamus

De ſphaera actiuitatis complura.

ma-

magnetem, vel potius ſtellas ad ſe magnetem allicientes? Quam ſphaeram illuminandi noſtraque corpora varijs qualitatibus afficiendi habere Solem, Lunam, Stellas, ſupera denique omnia? Sol ex infinito prope interuallo ſua vi ad terram vſque pertingit, longiuſque progrederetur, ſi terra eſſet longius diſſita. Luna plena, nouaque, imo intermeſtris ac dimidiata Italũ lunari morbo aeque afficit atque Aegyptium, Perſam, Indum, ceteros orienti proximos: quinimo peraeque hos atque Gallos, Germanos, Nor-

*Sphaera actiuitatis magnetis.*

*Solis.*

*Lunae.*

uegos alioſque vltimum occidentem & ſeptentrionem incolentes. Ignis exurit liignum, ſibi contiguum; calefacit hominem, ſibi viicinum; illuminat aerem, longe diſtantem. Quid etiam e longinquo interdũ ignis comburit. Nam aproxeos herbae radicem a ſe distantem accendit, longius pertingens ſua vi, quam vulgus hominum opinetur.

Ignis.

Corruet, inquies, Porticus Stoicorum, Licaeum, Academia, ceteraque philoſophorum gymnaſia ruinas agent, ſi incertam eſſe dixeris, minimeque conſtitu-

Obiicitur.

agent,

tam agentium ſphaeram actiuitatis. Corruant, nihil moror, penituſque labantur, ſi infirmo nitantur fundamento. Sed reuera corruere non ſinit, vndique ſulcit ac ſubſtentat, qui rem intentis mentis oculis contemplatur. Definita eſt atque certa agentibus, non nobis, eorum ſphaera actiuitatis; vim certo aliquo emittunt omnia: quo vero, quam longe lateque non raro ignoramus, putantes breuiori definitam eſſe interuallo, quá reuera ſit. Quam igitur actiuitatis ſphaeram hominis eſſe putamus alienum de-

Reſpõdetur.

Quomodo ſit definita agentium ſphaera actiuitatis.

longinquo naſum ſeruan-
tis? Apuli aranei impreſſum
membro venenum fouen-
tis? mori ac ceraſi ſui quaſi
ſpeciem in modum tam
mirandum in homine im-
mutantis? aut eius, qui ex
Gallia in Italiam canem
allexit? Fertur enim canis
dominum, ex Lugdunenſi
Gallia in Italiam profectum,
e longiſſimo interuallo plu-
riumque dierum flexuoſo
incertoque itinere, & inſe-
quutus & conſequutus fuiſ-
ſe. Fabellam putas de cane
quae narro, ab alijs mihi nar-
rata? Audi hiſtoriam do-
meſticam ac veriſſimam.

Hiſtoria de cane.

Ser-

Seruio meo germano fratre, Roma Spoletum redeunte, domeſticus canis latrare coepit, & inconſueto quaeruloque vlulatu domum implere multo ante, quam is domum appropinquaret; imo vero vltro ac citro commeare & vndique diſcurrere: tandem morae impatiens aperta ianua domo proſilijt, & redeunti Seruio longe obuiam proceſſit. Idem canis (quod certe longe mirabilius eſt) ab eo die, quo Seruius Spoleto Romam profectus fuit, moerens, demiſſus, afflictus, & ab omnium conſuetudine

Domeſtica hiſtoria.

Miranda de cane.

abhor-

abhorrens in angulo domus perpetuo fere dormitabat & a cibo pene omni ſeſe abſtinebat. Cum vero primum frater Roma Spoletũ verſus iter iniret, ſtatim canis moerore depoſito ſe erigere coepit, & conſueto cibo reficere. Neque vero exiſtimes, caſu id ſemel accidiſſe, quia toties contigit quoties Spoleto Romam Seruius migraret, ac Roma Spoletũ reuerteretur. Quinimo domeſtici omnes ex eo coniectabant, Seruium, in patriam reuerſurum, iam in viam ſe dediſſe, quod canis recenti ac repentina hi-

hilaritate priſtinam triſti-
tiam relaxaret, omnibuſque
noua feſtiuitate blandiretur.
Illud etiam, quod de fele, a fide digniſſimo praeſtantiſſimoque Poeta Franciſco Stelluto nuper accepi omnino improbat certá ἀπόρροιαν: Felis Aeſio e Capuccinorũ domo in aliam eorundem Patruum duodecim millia paſſuum Aeſio diſtantem, ſacco concluſus, cum tranſportatus eſſet, eadem die per arduam latebroſam ac tranſuerſam viam Aeſium repetijt. Iam vero, Sennerte, (hunc appello, quippe acerrimum omnium atque inſe-

Hiſtoria de fele.

Diſſoluitur argumentũ.

infeſtiſſimum vnguenti hō ſtem ) quod nam ſpirituum effluuium manare putas e fele Aeſio profecto ? e Spole- tino homine ex Vrbe vix pedem efferente ? Quam ſphaeram actiuitatis eſſe pu- tas vrſi, vrſinum adipem in vaſe aſſeruatum commo- uentis ? leporis leporinos pilos tenello puero plane- que imberbi in genam in- ſerentis ? vuae vinum dolia- re maculamque hum: com- mouentis ? mali punici mu- lieris occipitium ; vini rubri viri genam tam facile ac perſpicue immutantis ? fra- garum carnea fraga incre- di-

Vr[illegible]i adipis leporis cete- rorũ ſphaera

dibili vi afficientium? Va-
num profecto eſt, quod vul-
go omnes aſſerunt de certa
*nobis* ſphaera actiuitatis.

Quare minus faceſſit ne- 6
gocium, quod de medica- Sextum argumentum
mento pyxide condito adiũ-
git Sennertus. Nam etſi
mirandum eſt, vnguentum,
gladio in arca alioue incluſo
adhibitum, (nam medica-
tus gladius in armario in-
cluditur, vt aëris vim effu-
giat: alioquin enim vulnus
non mediocri afficitur de-
trimento) vim in vulnus e
longinquo effundere, per-
uadens nempe arculam, vbi
conditum eſt, domi parie-
tes,

tes, valles, montes, & quic-
quid tandem interiectum
eſt; ſeque inſinuans in oc-
cluſum vulnerati domicii-
lium, in circumlitas obdu-
ctaſque vulneri faſcias, ac
demum in ipſum membrū
vulnere affectum: quamuis,
inquam, haec miranda ſint,
nec ab vnguento praeſtari
poſſe videantur, longe ta-
men mirabilius eſt, polum,
ſtellaſue, aut montes, quos
recentiores commiſcuntur
magneticos ſub polis aſſur-
gentes, ex infinito prope
interuallo, ſuperatis immen-
ſis montibus, vallibus in-
gentibus ſpatioque longiſ-
ſimo

Vis vnguēti quocunque peruadit.

Vere mirāda

ſimo in magnetem vim
emittere plane admirabilē.
quae cum a commoto aere
non agitetur, non iactetur a
vento, nec prohibeatur,
quominus ad magnetem
pertingat; mirandum non
eſt, ſi vnguenti vires e py-
xide in vulnus recta feran-
tur, nullo aere aut vento
diſiectae, neque parietibus
domorum, montium va-
ſtitate, aut longa vallium
intercapedine prohibenti-
bus.

Reuocant praeterea in 7
dubium vim medicamenti, Septimum argumentū.
quod non ſemper, quod
nō omnibus medeatur vul-

neri-

neribus. Nam, inquiunt, fieri poteſt, vt, quando adhibito medicamento vulnus ſanatur, non vnguento reuera, ſed naturae morborũ omnium medico, ſanitas accepta referenda ſit: praeſertim cum vulnerum ſanatio, quae in glutinatione maxime conſiſtit, ſolius ſit naturae opus; medicus vero impedimẽta ſolum amoueat. Vin dicam, quod ſentio? hoc argumentum Sennerto non parcit,

Vulneris ſanatio eſt naturae opus.

Diſſoluitur argumentũ.

*Reuolutaque tela vertit in auctorem.*

ſiue enim vnguento ſympathico, ſiue quouis alio

me-

medicamento vulneri opi-
tuleris, natura ſemper eſt
morbi medicus, cum vul-
neris ſanatio, vt dictum eſt,
in glutinatione ſita maxime
ſit, quae ſolius eſt naturae
opus. Poſſem igitur ( ſi res
ita ſeſe haberet ) omnia me-
dicamenta tanquam inania
reſpuere, vulneris ſanitatem
vnius naturae viribus ad-
ſcribens. Vnguentum ſym- Diſcrimen in er vng. ar mar. & alia.
pathicum efficit ea omnia,
quae vnumquodque aliud
vulnerarium medicamen-
tum, eo tamen diſcrimi-
ne, quod illud iucundius,
hoc moleſtius; illud ab-
ſens, hoc praeſens; illud

mirabili, hoc vulgari ratione efficiat.

8 Octauum argumentum. Quod vero ad vulnera ſananda opus ſit multiplici operatione, quae ab vno vnguento ſympathico minime praeſtari poſſunt, vt *Sordium abſterſio, puris concoctio, excrementorum expulſio, carnis gene at o*; ſunt merae nugae. Nam exploratum eſt, ſexcenta alia medicamenta, vt Ducis Etruriae balſamum, ea omnia exequi & perficere. Paſſim non in Italia ſolum & Hiſpania, ſed etiam in Gallia, Belgio, Germania vnum vulneribus ſanandis ſaepe adhibetur Hi-

Argumentũ diſſoluitur.

ſpa-

ſpanae oleum . Romae quidem celebre eſt, & vulnerariorum omnium medicamentorum longe praeſtantiſſimum ( id enim teſtantur vnanimes experti chirurgi ) Balſamum a Tobia, excellēti chymico & botanico ſcientiſsimo optimi Principis Frāciſci Cardinalis Barberini paratum; a quo ſolo operationes omnes vulneribus neceſſariae, quas pollicentur complura alia medicamenta, praeſtantur, *Abſterſio, Concoctio, Expulſio, Generatio, Glutinatio*. Praeterea vnguentum ſympathicum, ex *glutinantibus* conſtat, ex

Balſamum Tobiae praeſtantiſs.

Vng. arm. cōſtat ex omnibus neceſſarijs.

*ſuppurantibus, renouantibus* ceteriſque neceſſarijs. Demum vnicum vinum, ſolaque ligatura haud exiguis vulneribus ſaepe medentur: quae quia ex abſtergentibus, concoquentibus, glutinantibus ceteriſque talibus non conſtant, non ſunt propterea tanquam inutilia improbanda. Itaque quocunque tandem argumentum dirigas, quouis modo flectas & tuo arbitratu inuertas, vt thymbra ſemper erit, *ex qua lancem facere nemo poteſt*.

9 Nonum argumentum. Neque vulneratarũ partium diuerſitas nobis, vt Sẽner-

nerto, negotium faciſſit, vnguentumque infirmat: nam etſi caro, vt doctiſſimus hic vir nobis obiectat, neruus, membrana diuerſo temperamento praedita sũt diuerſoque proinde medicamento indigere videantur; tamen & balſamum Cardinalis Barberini, & Ducis Etruriae, & oleum Hiſpanae, & alia ſexcenta diuerſis medentur tum partibus, tum vulneribus. Itaque ex eo quod diſpar ſit variaque vulneratarum partiũ temperies, non tamen opus eſt medicamento plane diuerſo. Vno igitur vnguen-

Partium diuerſa temperies.

to ſympathico, ſicut vno Hiſpanae oleo, alijs atque alijs partibus temperamento diſſidētibus opitulari poſſumus.

10 Decimũ argumentum.

*Quod ſi quis* ( decimum eſt Sennerti argumentum ) *vno tempore plura vulnera diuerſis in partibus a diuerſis armis acceperint, vnum ne telum iniungere ſufficiet? & vis ne eius ad omnia vulnera feretur? aut omnia ne tela iniungenda erunt? & anne vnguentum quodlibet faciet ſuum officium? & hoc ad iſtud vulnus, quod hoc telo inflictum eſt, recta perget; illud ad aliud, quod alio telo illatum eſt?* Siue plura,

Sen-

Sennerte, ſiue vnum telum inunxeris, vis medicamenti fertur in vulnera. nam ſanguis, in vnum pluresue gladios ex vno vel pluribus vulneribus miſſus, idem ſanguis eſt, eademque ſympathia & affinitate cum vno atque altero vulnere deuinctus eſt, ac proinde is vnus in vnum gladium effuſus, deferre poteſt vnguenti vim in partes omnes vulneratas. Neque vero medicamenta, quae occulta vi ac ſympathia agere dicuntur, ex quãtitate ſolum, ſed ex qualitate multo maxime aeſtimantur. Argumenti diſſolutio.

11 De pyxide, quod addunt, ſatis mirari non poſſum: nam in ea conditum medicamentum vulnera non ſanat (miratur enim Sennertus ignauiam medicamenti in pyxide occluſi. Si enim, inquit, vnguentum gladio illitum per ſympathiam vulneri medetur, non illitum etiam, nempe conditum in arcula, mederetur, cum vbique ijſdem ſympathiae vinculis vulneri coniunctum ſit) non ſanat, inquam, vulnera in pyxide aſſeruatum, quia non fertur in vulnus: nõ fertur autem, quia vectorem non habet

*Vndecimũ argumentũ.*

*Argumentũ diſſoluitur.*

analogia & affinitate ſibi de-
uinctum: ac proinde iners
& ignarum in pyxide latet.
Quod ſi affricetur ſanguini,
vel potius gladio cruento,
iam vectorem nactum,
prompte fertur in vulnus,
certa medicina ſalubre.

Sanguinem vero medi- 12 Duodecimũ argumentũ.
camenti vectorem (nam
ſanguine intercedente vis,
medicamenti e gladio fertur
in vulnus) in atomos diſ-
ſolui & vndequaque diffun-
di, vt vim medicamenti
deferat in vulnus, aut non
eſt neceſſe, aut ſi neceſſe,
nobis, vt Sennertus conten-
dit, explicandum non eſt,

id

id qua ratione fiat: quia, vt ſupra diximus, quae agunt ex interuallo, vt abdita vi agunt, ita abdito modo: & ſicuti agere ſcimus, re docti, ita neſcimus, quomodo agant. Putare vero ſe omnia ſcire poſſe, maximae inſcitiae argumentum eſt. Humanum ſcire eſt pulchre imaginari: is verius philoſophatur, qui pulchrius imaginatur, qui ea comminiſcitur, quae pulchriori quadam veri ſpecie noſtrum captat (aut verius) noſtrũ eludit intellectum. Bone Deus? ſcirene atque explorate ſcire contendimus ea, quo-

Agentia in diſtans abdito modo agunt.

Nota de noſtro philoſophandi modo.

quorum veritatem, vt ait Democritus, in profundo penitus abſtruſit natura, aeterniſque tenebris circumfuſam eſſe voluit? Profecto ne ea quidem ipſa, quae manibus tractantur, videntur oculis, omnibuſque ſenſibus patent, vllo poſſumus modo cognoſcere. Teſtimonio eſt opium, cichorium, acetum, ceteraque ſexcenta: in quorum natura inueſtiganda etſi antiquorum praeſtantiſſimi laborarunt, aſſerunt recentiores, omnes vere ſudarunt, adhuc tamen de ijs nihil ratum eſt, nihil firmum, nihil

De cichorio notanda.

pe-

penitus conſtitutum? Cichorium ſerimus, naſcens videmus, manu contrectamus, olfactu & guſtatu examinamus; adoleſcens, adultumque, & exiccatum ſenſibus omnibus omnique arte, induſtria demum chymica explorādum curamus: & tamen adhuc neque ſcimus, neque nouimus, calidum ne re vera, an frigidum ſit. Quid dicam de opio,

De opio notanda.

quod aliqui ſumme frigidum eſſe, alij ſumme calidum exiſtimant iuratique affirmant? In quo ſane in quaeſtionem veniunt non abditae abſtruſaeque in ar-

cano

cano naturae penetrali opij qualitates; ſed calor & frigus, quae ſenſibus plerumque patent, quaeque omnium facillime cognoſcuntur. Neque de exiguo & ſub obſcuro qualitatis gradu diſceptatur, ſed de ſummo & omnium ampliſſimo: calidiſſimum illud eſſe alijs opinantibus, alijs frigidiſſimũ: ambobus (quod ſane mireris, vel potius rideas) plane rem vel litigioſo ac pertinaci ſe probare exiſtimãtibus. Quid de aere? quem aliqui calidum natura eſſe opinantur: alij frigidum, humidum alij, alij ſiccum: immo ne

De aere nota.

vllus

vllus nugamentis deeſſet lo-
cus, &

*Aegrotae mentes quod finge-*
*re nunquam audent,*

audacter aliqui commini-
ſcerentur, neque calidum,
neque frigidum, neque hu-
midum, neque ſiccum, ſed
omnis qualitatis expertem,
ſcripſerunt. Vere igitur *Nos*
*ita philoſophi ſumus* (vtor Cic.
verbis) *vt cum fabris habi-*
*tare poſſimus*: vere *humanum*
*ſcire eſt pulchre imaginari, iſque*
*verius philoſophatur, qui pul-*
Diſſoluitur argumentū. *chrius imaginatur*. Quare
qui rationem ſibi explican-
da contendit, qua ſanguis
in pannum gladiumue effu-
ſus

ſus deferat in vulnus vim medicamenti, qui ex nobis quaerit, num diſſoluatur in atomos, num feratur in orbem, & vndequaque diffundatur; &, ſi diffunditur, num tam longe lateque peruadat, vt ad diſtantiſſimum vulnus pertingat: hic, inquam, velim, animum aduertat vel ad tarantulae venenum, vel ad naſum reſtitutum ex aliena carne, mihique explicet, qua ratione ex longiſſimo interuallo, aut ſalutaris viuentis hominis vis in commorſum hominem naſumque reſtitutum feratur; num diſſolua-

tur

turin atomos, & num vndequaque diffundatur. Velim, vt qua ratione allia, cepaeque ſatae, frondentes vites vuiſque foecundae, ceraſus, morus, malus punicus, ceterae arbores a me ſupra commemoratae, foetum afficiant maculamque commutent. Velim, inquam, vt haec omnia explicet,

Nota de alliis.

*Et erit mihi magnus Apollo.*

13

Decimum tertium argumentum.

Vtrum vero vnguentum vulneri non gladio illitum vulneri medeatur, mihi haud exploratum, haud expertum: neque Sennertus experimento pugnat: ſolum

ait,

ait, ſi gladio inunctum, vulneri medetur, facilius ipſi vulneri adhibitum mederetur. Fortaſſe facilius: Nam calchantum, ſecreto laboratum artificio, & vulnerato membro & panno cruento aſperſum, ſanguinem ſiſtit, vulnuſque ſanat: Quod ſi vnguentum e longinquo ſolum mederetur, id eius praeſtantiae adſcribendum eſſet, qua vulgaribus medicamentis vulnerarijs antecellit.

Diſſoluitur argumentū.

Medetur autem non ſolum gladio ſanguine tincto illitum, vt exprobrāt aduerſarij, ſed cuiuis alij, panno, 14

Decimum quartum argumentum.

ligno, corio, ceteriſque ſanguine perfuſis. id accepi ab oculatis teſtibus fide omniũ digniſſimis. Nam in Rhetia, Heluetiaque cuiuis ſanguine infecto ſalubriter vnguentum affricatur. ergo peccat etiam in hiſtoriam Sennertus, cum ait. *Si ſanguinis beneficio vis medicamenti ad vulnus deferatur, cur non etiam aliarum rerum in quas e vulnere copioſiſſime ſaepe ſanguis effunditur, vires ad vulnus deferret, quod fieri non videmus.*

15 Quod vero aiunt, vnguenti ſuperſtitionem vel ex eo innoteſcere, quod ab

Decimum quintum argumentum.

acie,

acie, verſus tergum illinien-
dus ſit gladius, cum caeſim
vulnus illatum eſt; cum
vero punctim, a cuſpide ad
imum; me non mouent,
neque, vt ſibi ipſi perſua-
dent,

*Telũ immedicabile torquent.*
Nam hic non tam quaeri-
mus, an ſanatio naturalis
ſit, quam an naturalis eſſe
poſſit. Fateor, cacodaemoné
poſſe huic, vt ceteris, ſe
vnguento immiſcere (nam
hic ſaepe ſaepius nos inſon-
tes laedit, imprudentes fal-
lit, ſimplices illudit) profi-
teor tamen, naturam, ſuis
tantum viribus huiuſmodi

miracula facere poſſe; cùm mirabiliora vel aeque mirabilia faciat. Etenim qui renuunt vnguentum tanquã naturae opus, naturam accuſant, vt infirmam ad id efficiendum. Praeterea exploratum eſt, vnguentum quouis modo adhibeatur vulneri opitulari. Qui vero aiunt, adhibendum id eſſe certa quadam ratione, ideo aiunt, vt artificium, & ex artificio exiſtimationem medicamento concilient. Sicuti etiam qui praecipiunt certo ſyderum coetu elaborandum id eſſe. nam ſiue ſtellarum coitum attendas in-

Diſſoluitur argumentũ

com-

componendo medicamento, ſiue plane negligas, vnguentum efficies praeſtantiſſimum, cum ſympathia praeditum efficias.

Irrident praeterea noſtrá credulitatem, quòd antiqui prorſus ac ſimplices ea credamus, quae nulla firma ratione comprobari poſſunt. Probandũ, inquiunt, nobis eſt vnguenti vim eſſe naturalem. Immo vero minime probandum aut rationibus aut argumentis. Quid enim argumentis opus eſt vnguẽto, experimentis comprobato? Nam oculis ipſis videmus ſanitatem ab adhibi- 16

Decimũ ſextum argumẽtum.

to vnguento partam, nullis additis caeremonijs, nullis ſignis, verbis nullis plane adiunctis, quibus cacodaemonis dolo nos aſſentiri pol-liceamur. Immo e contrario Deũ imploramus (quem certe omnes implorare atque obteſtari debent, qui de orthodoxa fide recte ſentientes, vnguento vſuri ſunt: id moneo, id ſuadeo, id omnes vt faciant, peto quaeſoque) vt illius aſtum longe arceat: ac proinde iure credimus, ſanitatem ex eius vi natam eſſe. Quod ſi aduerſarij a cacodaemone aliquid vnguento ſubdole inſitum

Ratio adhibendi vng.

opi-

opinantur, id vere probandum. Nos *non plus ſapere, quã oporteat ſapere, ſatagimus.*

17 Inſtant praeterea & vrgent Hildani obſeruatione XXV. cent. III. *De infelici ſucceßu* (ſic enim inſcribit obſeruationem) *vnguenti ſympathici ſeu armarij*, vbi haec habentur verba: *Quam miſiſti delineationem inſtrumenti nõ ſatis intelligo, ideoque vt ampliorem declarationem mihi communicare velis, obnixe rogo. Nunc quod tibi communicem nihil ſingulare habeo, ne tamen plane nudam mitterem epiſtolam, exemplum de infelici ſucceſſu vnguenti ſympatici ſiue*

Decimũ ſeptimum argumentum.

 *ar-*

Hiſtoria. armarij adſcribam. Genere & virtute vere nobilis matrona Anna Sidonia Bremſerina de Rodeſheim nobiliſſimi ac ſtrenui viri D. Hermani a Crōberg Lorcenſis ad moenum praefecti prudentiſſimi coniux matrona iuuenis & optimo habitu corporis praedita cum ante menſem feliciter peperiſset neſcio quonam infortunio factum quod decima die poſt partum vulnus ad latus pupillae ſiniſtrae verſus ſternum accepit. Vulnus

Vng. armar. adhibetur.

etſi non vſque adeo profundum eſſet, ſanguis tamen copioſe effluxit a chirurgo riſtricto ſanguine non vulnus ſed cultrum, quo inflictum fuerat, curabant

&

& tractabant quotidie, & quidem, vt par eſt, diligenter; cito & vt videbatur ſatis feliciter & fere abſque dolore curatum fuit vulnus. Sed quid fit? vix cicatrice inducta, obtuto in profundo mãmae aborto dolore, febre cum rigore, lumborũ & capitis dolore correpta fuit aegra. Mox intumeſcit, & indureſcit mamma maximo cũ dolore, non ſolum mammae verũ etiam nuchae & ſcapulae, adeoque totius iſtius lateris. Interim aduocatur chirurgus, qui etſi omnem adhiberet diligentiam, ſymptomata tamen de die in diẽ magis magiſque accreuerunt. Tandem decima nona Aprilis ego quoque ac-

A cũratione quae ſuperuenerint.

accerſitus ad ipsā Oppenheimiū perueni & mammam ſupra modum tumefactam & vndique fere induratam offendi. Dolor maximus & pungitiuus febriſque continua aderant. Cicatrix praecedētis vulneris vix apparebat: circa pupillam liuida erat cutis, ita tamen mollis, vt fluctuatio puris tactu facile depraehendi poſſet, quapropter ſuaſi, vt incideretur vomica. Conſenſum porro cum dediſſet aegra & adſtantes, ſcalpello incuruato atque hic adumbrato, abſceſſum incidi. Pus copioſe & quidem cum impetu effluxit, hinc dolor mox ſedatus fuit: reliqua quoque ſymptomata, veluti

Hildanus acceſſitur.

Symptomatū remiſſio.

*luti febris, nauſea, capitis, nuchae, & ſcapulae dolor, vigiliae & inquietudines paulatim remiſerunt, & ſubſequens nox prorſus quieta fuit. Ab eo tempore multum puris effluxit, durities quoque paulatim remiſit; interim tamen duobus alijs in locis, & quidem prope pupillam, per ſe exulcerata eſt mamma: nihilominus tamen omnia ita ſeſe habent, vt ſperem ipſam quamprimum priſtinam valetudinem recuperaturam. Plura nunc non addo.* Haec Hildanus: ex quibus intelligi poſſe nonnulli arbitrantur vnguenti vanitatem apertumque mendacium. Sed hi pro- Diſſoluitur argumentū.

profecto mihi videntur eos imitari, qui *vbi tritico carent, lolio victitant*: nimirum inopes ab argumẽtis firmiſque rationibus *nugis armati pugnare* contendunt. Quis neſcit, praeſtantiſſima quaeque medicamenta non raro eſſe irrita? neque eſſe *in medico ſemper releuetur, vt aeger?* Quis neſcit alios interdum ex alijs morbis naſci? At curatum fuit per vnguentum ſympathicum ſanatumque mulieris vulnus, vel ipſo Hildano teſte: & licet natus ſubinde ſit alius morbus, non propterea prior ab vnguento non fuit ſanatus; imo

imo vero quia praepropere forte ſanatus, ideo nouus pullulauit. Ex quo praeſtantia potius & vis non mediocris vnguenti ſympathici praemature ſanantis, quam ignauia aut vanitas innoteſcit. Exemplo rem clarius perſuadeo: calchantus naribus appoſitus fluentem ſanguinem illico ſiſtat, ex quo phrenitis oriatur, vi ſanguinis in cerebrum verſa: ergo calchantus iners eſt, & inutile medicamentum ad ſanguinem ſiſtendum? Minime gentium: imo validum ac praeſtantiſſimum. Haec ſi attendas, plane intelliges,

Praeſtantia vnguenti innoteſcit.

quan-

quantas ipſe nugas agas Hil-
dani obſeruatione.

18 Demum fieri non poſſe
Decimum octauum argumentum. nonnulli arbitrantur, vt e
pauculo illo vnguento, gla-
dio pannoue illito, tantae
vires emanare poſſint, qui-
bus periculoſum vulnus ſa-
netur. Ceterum ſcire geſtio
ex vnguenti hoſtibus, num
magnum aliquod ac mole
amplum ſit, quod ab exigua
licet geminata ſcythae mu-
lieris, obtutu hominem in-
terficientis, pupilla emitti-
Diſſoluitur argumentũ. tur. An igitur quia neque
animo id, neque cogitatio-
ne aſſequi poſſumus, proin-
de ſuperſtitioſum eſt?

An

An quia ( vt haec etiam ſi non ad exiguitatem declarandam, certe ad oſtendendum miraculum obiter adiungam ) An quia, inquam, ignoramus vim illam, qua poli, aut ſtellae, monteſue magnetici ad ſeſe magnetem alliciunt, qua magnes ferrum trahit, qua adamas ab attrahendo ferro magnetem prohibet, ad daemones prouocandum? An quia Paraſini terra in Taurorũ peninſula omnia vulnera ſanat? An quia ſolſtitialis herba vnico ſolſtitiali die naſcatur, adoleſcat, conſeneſcat, & intereat, Varia naturae miracula.

ce-

ceteris omnibus diu viuentibus, cacodaemonis opera nata, adulta, confectaque fuit? An quia ſelenitis lapis ſolidus ac durus creſcat decreſcatque creſcente ac decreſcente luna: Aut quia turcoſia gemma palleſcat, eo, qui eam geſtat, languente, ac periculo aliquo ei imminente ſuboſcuro colore ſubfundatur: Aut quia laurus, ficus, vitis alba, vituli marini tergus, & hienae pellis fulmina a ſe arceant, & rerum omnium maximā vim vi propellant, malus daemon praeſto eſt? An quia tympanum e lupi co-

rio

rio raucedine afficiat aliud ex ouina pelle longe diſtans, magia aliqua ſuperſtitioſa ab inferis accerſita eſt? Sed vana ſint horum pleraque nugae ac ſomnia; quid de remora dicemus? Inculcanda ſaepius res eſt, mirificiſſima omnium virtute praedita: quae ſane tanta eſt, vt *Ruant venti licet, ſaeuiant procellae, furori tamen imperet, vireſq; tantas compeſcat, & cogat ſtare nauigia, quod non vlla poſſunt vincula, non anchorae irreuocabili pondere iactae.* Quaero quid ex paruo hoc piſciculo ſeſe emittit, quod impetum nauis ferociam-

que comprimat? Quid ex alio Indico, quod, vt ſupra commemorauimus, incitatum nauigium non modo ſuſtinet ac ſiſtit, ſed irrito ventorum impetu impulſuque remorum retro inhibet? ſane vnuſquiſque miraculo haeret mirabundus potius, quam rem enodaturus.

Iam vero cum nulla neque ratio, neque experientia nobis perſuadeat, vnguentum a daemone mutuatum eſſe vires: cumque & natura & ars vnguento aut magis aut aeque mirabilia vulgo & paſſim efficiant, non eſt, cur inertes & ignaui

rudeſque philoſophi ad cacodaemonem prouocemus. Quare vnguentum armarium, ex eorum genere eſſe mihi videtur, quae fieri poſſunt, quaeque poſſibilia vulgo appellantur: idque ijs rationibus, quae ſunt a me ſupra cõmemoratae. Quod ſi infirmae reuera illae ſint, infirmam quoque meam eſſe coniecturam atque opinionem vltro fateor & aperte profiteor. imo vero veteri more teſtatum eſſe volo,

QVAE . SANCTISSIMI . VIRI . CHRISTIANI
FIRMA . RATAQVE . SANXERVNT
EA . SOLVM . IN . NOSTRA . DISSERTATIONE
FIRMA . RATAQVE . SVNTO

# INDEX

## *RERVM NOTABILIVM*

*Quae in hoc volumine continentur.*

AER examinatur. pag. 157.
Eſchynome herba admiranda.17.
Aethiopi mulieri ignem tractat innoxie.30.
Actiuitatis ſphaera.132. ad 140.
Agnus ſcythica mirabilis. 18.
Alliorum hiſtoria mirabilis.87.
Alberti Magni caput loquens.58.
Anatae ex arbore natae.18.
Antimonij compoſitio.126,
Aquila miranda Regiomontani.
Arbor admiranda.16. Arbor Pudica.Ibid.
In Malacca inſula admirãda.18.In America. Ibid. In Thorace hominis nata.51.
Archimedis ſphaera.55.Eiuſdẽ ſpeculũ.Ibi.
Architae Tarentini lignea columba.Ibid.
Ariſtotelis ſẽtẽtia de proiectis refellitur.77
Eiuſdem defenditur.87.
Artem poſſe Vng. Arm.componere.4.
Aranei Apuli hiſtoria.96.
Argumenta contra Vng. Arm. ſoluuntur. a 101.ad 180.

Bal-

BAlſamum CARD. BARBERINI a Tobia facti mirabilis vis.147.
Beſtiola in lapide nata.46.
Bombardae ligneae mirabiles.67.
Bombarda vulgaris omnium arte factorũ mirificiſſima.71. Eius globus non pellitur a virtute impreſſa, vel ab aere.75.
CAecus ſtatuarius mirabilis. 58.
Caeparum hiſtoria mira.87.
Calchanti vis.173.
Caloris naturalis vis.122.
Canis domeſtici hiſtoria.136.
Canicidas odit. 19.
Caput ligneum Alberti Magni.58.
Caro foſſilis.43.
Caſtellum ligneum ab igne non combuſtum.28.
Cautes admiranda.15.
Ceraſi hiſtoria mira.92.
Cicorium examinatur.156.
Columba Architae.55.
Currus mirabilis vento impulſus.68.
Currus Myrmecidae. 56. Alius mirab. 68.
DEmocritus Magiam coluit.8.
Deſcriptio varia Vng. Arm.106.
Drebellij globus mirabilis.57.
FArris ſpica in naſo mulieris nata. 51.
Felis hiſtoria.139.
Foetus lapideus in vtero.42.
Fulminis admiranda.15.
GAlliae Regum admiranda vis.27.
Gemma Leonis X. mira.43.
Gemma Clementis VII. mirabilis.43.
HEdera nata in ceruae cornu.51.
Herba miranda.16.

Hiſpa-

Hiſpanae olei vis.55.
Hildani obſeruatio contra Vng.Arm.167.
Hiſtoriae nouae, & mirandae XVIII. nimirum de vrinae profluuio.24. De igne innoxiae manu ſumpto.28. Altera hiſt. mira.30. Tertia.32. De ſanguine ex cadauere fluente. 36. Altera. 39. Serpentum vere miranda.44. Serpentis in corde geniti.48. De pruno in Thorace hominis nato.51. De caeco ſculptorae. 59. Bombardae lignae. 67. Maculae, ſeu malaciae.81. Altera noua.83. Tertia. Ibid. Quarta.84. Quinta.91. Sexta. Ibid. De cane.137.
Homeri Ilias in niue inſula.55.
IGnis admirandus.15. Ignis cum eludentia.27. Ignem tractant innoxiae complures. 32. Ignis e longinquo comburit.134.
Io. Gambaſſius ſtatuarios admirandus. 59.
LInteum ex amianto non cōburitur. 27.
Lignea tunis ab igne non cōbuſta. 28.
Ligni foſſilis hiſtoria.43.
MAgia a quibus populis culta. 7. Quis euis inuentor. Ibid.
Magnetis mirāda.14. Magnetici mōtes.142
Macularum ex malacia color, &c. vnde.79.
Memoria miranda Iuuenis.63.
Mimoſa hortenſis admiranda.17.
Myrmecidae nauis, & quadriga.56.
Morbi tranſponuntur.10.
Muſcus in vng. non eſt ſuperſtitioſus.127.
NAuis Serapidis.56. Myrmecidae.57.
Nauis arte reſtitutus.93.
Nyli terra miranda.14.

Opi-

# INDEX.

OPinio diuerſa de Vng.Arm.2.
Opium calidum an ſig.156.
PAterae minutiſs.65.
Platonis opinio de proiectis.76.
Petrus Bourdelotius Med.Pariſ.46.
Philoſophari de rebus abditis eſſet nugari. pag.100.
Poſſibile eſſe veluti infinitum.98.
Proiecta non moueri a virtute impreſſa.71 Non ab aere.75. Vide multa.76.&c.
Proiectorum opinio Ariſtotelis reijcitur.77
Platonis reijcitur.76.
Pudica arbor miranda.16.
Pyrrhi Regis digitus miranda.26.
Pyxis mirabilis.68.
Puer palliatus,&c. 41.
Puluis torment.127.
QVadriga Myrmecide. 56. Steuini velifera.68.
Qualitas proprietas,&c. nugae.72.
RAna ex putri.47.
Regiomontani Aquila.48.
Remora.21. Alia mirabilior.23.& 177.
Riccardus London Med.Britannus.48.
Roſa.24. Horis nata.70.
SAnguis fluens e cadauere praeſente homicida.36.
Scire quid reuera.154.
Serpentis in corde reperti hiſtoria mira. 48
Serpentum ſpelunca hiſtoria mira.44.
Seuerini ſtatua miranda.58.
Sphaera Archimedis.54. Drebellij.57. Alia mira.70.
Sphaera actiuitatis.132.ad 140.
Statuarius caecus mirabilis.58.

Tabula

# INDEX.

TAbula picta mirabilis.69.
Tarantulae hiſtoriae mira.Ibid.
Teleſcopium miranda.64.
Theophraſtus defenditur.85.
VErrucarum hiſtoria mira.84.
Vini hiſtoria mira.Ibid.
Virtus impreſſa proiectorum.71.
Vrinae profluuij mira hiſtoria.23.
Vrſorum adepis hiſtoria mira.85.
Vnguentum Armarium dari probatur. 44.
Eius ſphaera actiuitatis. 132. 141. Quomodo agat in diſtans.101 . Eius varia compoſitio.106. Vires examinantur.113. ad 125. Quomodo emittat vim is vulnus.152.

FINIS.